nicant abs te. Michi aūt adherere
deo bonū est: ponere i dño deo spē
meā. Ut annūciē oēs p̄dicatiōes
tuas: in portis filie syon. ps. lxxiii.

Ut quid de⁹ repulisti i finē:
iratus est furor tu⁹ sup oues
pascue tue. Memor esto cōgrega-
tionis tue: quā possedisti ab initio.
Redemisti v'gā hereditatis tue:
mons syon in quo habitasti in eo.
Leua man⁹ tuas i superbias eo-
rum i finē: quanta malignatus est

inimicus ĩ sancto. t gloriati sūt
qui oderūt te: ĩ medio solennitatis
tue. osuerunt signa sua signa: ⁊
nō cognouerūt sicut ĩ exitu suꝑ sū-
mū. uasi ĩ silua lignorum secu-
ribus exciderūt ianuas eius in id-
ipsum: ĩ securi ⁊ ascia deiecerūt eā.
ncēderūt igni sanctuariū tuū:
in terra polluerūt tabernaculū no
minis tui. ixerūt ĩ corde suo co-
gnatio eoꝝ simul: q̄escere faciam⁹
oēs dies festos dei a terra. igna
nr̄a nō vidim⁹ iā nō est ꝓpheta: et
nos nō cognoscet amplius. sq̄z-
quo deus improperabit inimicus:
irritat aduersarius nomē tuum ĩ
finē. t q̄d auertis manū tuā et
dexterā tuā: de medio sinu tuo ĩ fi-
nē. e⁹ autē rex noster ante secu-
la: oꝑat⁹ est salutem ĩ medio terre.
u cōfirmasti ĩ virtute tua ma-

te: ꝯtribulasti capita draconum in
aquis. u ꝯfregisti capita draco=
nis dedisti eũ escã populis ethiopũ
u dirupisti fontes et torrentes:
tu siccasti fluuios ethan. uꝰ es
dies et tua est nox: tu fabricatus es
auroram et solem. u fecisti oẽs
terminos terre: estatẽ ꝛ ver tu plas
masti ea. emor esto huiꝰ inimi=
cus improperauit dño: et populis
insipiẽs incitauit nomẽ tuũ. e
tradas bestiis aĩas cõfitẽtes tibi: ꝛ
aĩas pauperum tuoꝝ ne obliuisca=
ris ĩ finẽ. espice ĩ testamẽtũ tu=
um: quia repleti sũt qui obscurati
sunt terre domibus iniquitatum.
e auertatur humilis factus cõ=
fusus: pauper ꝛ iops laudabũt no=
men tuũ. xurge deꝰ iudica cau
sam tuã: memor esto improperiorũ
tuoꝝ eoꝝ q̃ ab ĩsipiẽte sũt tota die.

Ne obliuiscaris voces inimicorũ tuorũ: superbia eorũ q̇ te oderũt ascẽdit semper. Gloria. An. Liberasti virgam hereditatis tue. Ps. lxxiiii.

Confitebimur tibi deus: cõfitebimur: et inuocabimus nomẽ tuum. Narrabimus mirabilia tua: cũ accepero tẽpus ego iusticias iudicabo. Liquefacta est terra et oẽs q̇ habitant i ea: ego confirmaui colũnas eius. Dixi iniq̇s nolite inique agere: et delinquẽtibus nolite exaltare cornu. Nolite extollere i altũ cornu vestrũ: nolite loqui aduersus deũ iniq̇tatẽ. Quia neq3 ab oriẽte neq3 ab occidẽte neq3 a desertis montibus: qm̃ deus iudex est. Hunc humiliat et hunc exaltat: q2 calix i manu dñi vini meri plenus mixto. Et inclinauit ex hoc i hoc / verũtamẽ fex eius nõ est

exinanita: bibēt oēs pctōres terre. Ego autē annunciabo in seculū: cantabo deo iacob. Et oīa cornua peccatorū cōfringam: et exultabū-tur cornua iusti. Psalmus.lxxv.

Notus in iudea deus: ī israel magnum nomē eius. Et fact⁹ est in pace locus eius: et habi-tatio eius ī syon. Ibi cōfregit po-tentias: arcū scutū gladium et bel-lū. Illuminans tu mirabiliter a mōtibus eternis: turbati sunt oēs insipiētes corde. Dormierūt sum-num suū: et nichil īuenerūt omnes viri diuitiarū ī manibus suis. Ab increpatiōe tua deus iacob: dormi-tauerūt qui ascēderūt equos. Tu terribilis es et quis resistet tibi: ex tūc ira tua. De celo auditum feci-sti iudiciū: terra tremuit et quieuit Cum exurgeret in iudicio de⁹: vt

saluos faceret oẽs mãsuetos ter-
re. Quoniã cogitatio hominis cõ-
fitebitur tibi: & reliquie cogitatio-
nis diem festum agẽt tibi. Voue-
te & reddite domino deo vestro: om-
nes qui ĩ circuitu eius affertis mu-
nera. Terribili & ei qui aufert spi-
ritum p̄ncipium: terribili apud re-
ges terre. Gloria. Ant. In israel ma-
gnum nomẽ eius.

Uoce mea ad dñm clamaui:
voce mea ad deũ et intẽdit
michi. In die tribulationis mee
deũ exquisiui manib9 meis nocte
contra eum: et non sum deceptus.
Renuit cõsolari anima mea: me-
mor fui dei & delectat9 sum et exer-
citatus sum: et defecit spũs meus.
Anticipauerũt vigilias oculi mei:
turbatus sum & non sum locutus.
Cogitaui dies antiquos: et ãnos

eternos in mente habui. Et medi
tatus sum nocte cum corde meo: &
exercitabar & scopebã spiritũ meũ
Nũquid ineternũ proiiciet deus:
et non apponet vt complacitior sit
adhuc. Aut ĩ finem miam suam
abscidet: a generatiõe ĩ generatio-
nem. Aut obliuiscet̃ misereri de-
us aut cõtinebit in ira sua miseri-
cordias suas. Et dixi nũc cepi: hec
mutatio dexte̅e excelsi. Memor fui
operũ domini: quia memor ero ab
initio mirabiliũ tuorum. Et me-
ditabor ĩ omnib⁹ operibus tuis: et
in adinuẽtionibus tuis exercebor.
Deus ĩ sancto via tua: quis deus
magn⁹ sicut deus noster: tu es de-
us q̇ facis mirabilia. Notã fecisti
ĩ populis virtutẽ tuam: redemisti
ĩ brachio tuo populũ tuum: filios
iacob & ioseph. Viderũt te aque de-

us viderũt te aque ⁊ timuerunt: ⁊ turbate sũt abyssi. Multitudo sonitus aquaꝝ: vocem dederunt nubes. Etenim sagitte tue transeũt vox tonitrui tui ĩ rota. Illuxerũt chorusca tiões tue orbi terre: cõmota est et cõtremuit terra. In mari via tua ⁊ semite tue ĩ aquis multis: ⁊ vestigia tua nõ cognoscẽtur. Deduxisti sicut oues ppłm tuuz: in manu moysi et aarõ. ps. lxxvii.

Attendite popule meꝰ legẽ meã: inclinate aurẽ vestrã in verba oris mei. Aperiã ĩ parabolis os meũ: loquar ꝓpositiones ab initio. Quãta audiuimꝰ ⁊ cognouimus ea: ⁊ patres nostri narrauerũt nobis. Nõ sunt occultata a filiis eorum: ĩ generatiõe altera. Narrantes laudes dñi et virtutes eius: ⁊ mirabilia eius que fe-

cit. Et suscitauit testimoniū ī ia-
cob: et legem posuit ī israel. Quā-
ta mandauit patrib⁹ nostris: nota
facere ea filiis suis vt cognoscat ge
neratio altera. Filii q̄ nascētur et
exurgēt: enarrabūt filiis suis. Et
ponāt in deo spem suam et nō obli-
uiscantur operū dei: et mādata ei⁹
exq̄rant. Ne fiāt sicut patres eoꝝ:
generatio praua et exasperās. Ge-
neratio q̄ nō direxit coꝛ suū: et nō ē
credit⁹ cū deo spūs ei⁹. Filii effrē
intēdētes et mittētes arcū: cōuersi
sunt ī die belli. Non custodierunt
testamētū dei: et ī lege ei⁹ noluerūt
ābulare. Et obliti sunt benefacto
rū ei⁹: et mirabiliū ei⁹ que ostēdit
eis. Coꝛā patribus eoꝝ fecit mira
bilia ī terra egypti: ī campo thane-
os. Interrupit mare et pduxit eos:
et statuit aquas quasi in vtre. Et

deduxit eos in nube diei: ꝛ tota no
cte ī illūminatione ignis. nterupit
petram ī heremo: ꝛ adaquauit eos
velut in abysso multa. t eduxit
aquam de petra: ꝛ eduxit tanꝙ flu
mina aquas. t apposuerunt ad
huc peccare ei: ī iram excitauerunt
excelsum ī inaquoso. t tentaue-
rūt deum in cordibus suis: vt pete
rēt escas animabꝰ suis. t male
locuti sunt de deo: dixerūt nūquid
poterit deus parare mensam in de
serto. ſm pcussit petrā et fluxerīt
aque: ꝛ torrētes iundauerūt. ū-
quid ꝛ panē poterit dare: aut para-
re mēsam populo suo. deo audi
uit dn̄s ꝛ distulit ꝛ ignis accēsꝰ est
ī iacob: ꝛ ira ascēdit ī israel. ꝛ nō
crediderūt ī deo: nec sꝑauerīt ī salu-
tari eiꝰ. t mandauit nubibꝰ de-
supꝛ: et ianuas celi aꝑuit. t pluit

illis mãna ad manducandũ:et pa-
nem celi dedit eis. anẽ angeloꝛũ
manducauit hõ:cibaria misit eis ĩ
abundantiã. rãstulit austrum
de celo:⁊ induxit in virtute sua af-
fricũ. t pluit super eos sicut pul
uerem carnes:⁊ sicut arenam ma-
ris volatilia pẽnata. t ceciderũt
ĩ medio castroꝝ eoꝛum: circa taber
nacula eoꝛum. t mãducauerũt
⁊ saturati sũt nimis/⁊ desiderium
eoꝝ attulit eis: nõ sunt fraudati a
desiderio suo. dhuc esce eoꝛum
erãt ĩ oꝛe ipoꝝ: ⁊ ira dei ascendit su
per eos. t occidit pingues eoꝛũ:
et electos israel impediuit. n oĩ-
bus his peccauer̃t adhuc:et nõ cre-
diderũt in mirabilibus eius. t
defecerũt in vanitate dies eoꝛuꝫ:et
anni eoꝛũ cum festinatiõe. um
occideret eos q̃rebant eum ⁊ reuer

tebantur: ⁊ diluculo veniebant ad
eum. Et rememorati sũt quia de
us adiutor est eorũ: ⁊ de⁹ excels⁹ re-
demptor eorꝫ est. Et dilexerũt euz
in ore suo: et ligua sua mētiti sunt
ei. Cor autem eorꝫ nõ erat rectum
cum eo: nec fideles habiti sunt i te-
stamēto ei⁹. Ipsi autem est mise-
ricors et ꝓpici⁹ fiet peccatis eorũ:
et nõ disperdet eos. Et abũdauit
vt auerteret iram suam: ⁊ nõ accē-
dit oēm irã suam. Et recordatus
est quia caro sunt: spiritus vadens
et nons rediēs. Quotiens exacer-
bauerũt eũ in deserto: in iram cõci
tauerũt eũ i inaquoso. Et cõuersi
sunt et tētauerũt deũ: ⁊ sctm̃ israel
exacerbauerũt. Nõ sunt recorda-
ti man⁹ eius die qua redemit eos:
de manu tribulãtis. Sicut posuit
i egypto signa sua: et prodigia sua

in campo thaneos. Et cõuertit in
sanguinẽ flumina eorũ: et imbres
eorũ ne biberẽt. Misit in eos cino-
miã & comedit eos: & ranã & disꝑdi
dit eos. Et dedit erugini fructꝰ eo
rũ: & labores eoꝝ locuste. Et occi-
dit ĩ grãdine vineas eorũ: & moros
eorũ ĩ pruina. Et tradidit grandi
ni iumenta eoꝝ: & possessionẽ eorũ
igni. Misit ĩ eos irã indignatiõis
sue ĩdignationẽ & irã & tribulatio-
nem ĩmissiões per angelos malos.
Viã fecit semite ire sue: nõ peper
cit a morte aĩaꝝ eoꝝ: & iumẽta eoꝝ
in morte cõclusit. Et ꝑcussit om-
ne primogenitũ ĩ terra egypti: pri-
mitias oĩs laboris eorũ ĩ taberna-
culis chã. Et abstulit sicut oues
ppłm suũ: et ꝑduxit eos tanꝗ gre-
gẽ in deserto. Et eduxit eos in spe
et nõ timuerũt: & inimicos eorũ ope

ruit mare. Et eduxit eos in mon-
tē sctificatiōis sue: mōtē quē acq̄si-
uit dextra eiꝰ. Et eiecit a facie eorū
gētes ⁊ sorte diuisit eis terrā: in fu-
niculo distributiōis. Et habitare
fecit ī tabernaculis eorū: tribus is-
rael. Et tētauerūt et exacerbaue-
rūt deū excelsū: et testimonia eius
nō custodierūt. Et auerterūt se et
nō seruauerūt pactū: quemadmo-
dū patres eorum cōuersi sūt ī arcū
prauum. In iram concitauerunt
eum in collibus suis: ⁊ in sculptili-
bus suis ad emulationem eū ꝓuo-
cauerūt. Audiuit deus ⁊ spreuit:
⁊ ad nichilum redegit valde israel.
Et repulit tabernaculum sylo: ta
bernaculū suū vbi habitauit ī ho-
minibus. Et tradidit ī captiuita-
tem virtutē eorū: et pulchritudinē
eorū in manus inimici. Et cōclu-

sit i gladio populū suū: et heredita
tem suā sp̄reuit. Iuuenes eoꝝ co=
medit ignis: ⁊ virgines eoꝝ nō sūt
lamētate. Sacerdotes eoꝝ in gla=
dio ceciderūt: ⁊ vidue eoꝝ nō ploꝛa=
bātur. Et excitatus est tanꝙ doꝛ=
miēs dn̄s: tanꝙ potēs crapulatus
a vino. Et ꝑcussit inimicos suos
in posterioꝛa: oppꝛobꝛiū sempiter=
num dedit illis. Et repulit taber=
naculuȝ ioseph: ⁊ tribum effraym
non elegit. Sed elegit tribū iuda:
mōtem syon quē dilexit. Et edifi=
cauit sicut vnicoꝛnis sāctificiū su=
um i terra: quā fundauit in secula.
Et elegit dauid seruū suū ⁊ sustu
lit eū de gregib⁹ ouium: depost fe=
tātes accepit eū. Pascere iacob ser
uum suū: et israel hereditateȝ suā.
Et pauit eos in innocētia coꝛdis
sui: ⁊ in itellectibus manuū suarū

deduxit eos. Gloria. An. Tu es deus qui facis mirabilia. ps. lxxviii.

Deus venerũt gẽtes in hereditatẽ tuã: polluerũt tẽplũ sctm̃ tuum: posuerũt hierusalẽ ĩ pomoꝝ custodiã. Posuerũt morticinia seruoꝝ tuoꝝ escas volatilibus celi: carnes sctõꝝ tuoꝝ bestiis terre. Effuderũt sanguinẽ eoꝝ tanq̃ aquam ĩ circuitu hierusalẽ: ⁊ nõ erat q̃ sepeliret. Facti sumus opprobriũ vicinis nostris: subsannatio et illusio his q̃ ĩ circuitu nostro sũt. Usq̃quo dñe irasceris ĩ finẽ: accẽdetur velut ignis zelus tuus. Effunde iram tuam in gentes q̃ te nõ nouerunt: ⁊ in regna que nomẽ tuũ nõ inuocauerũt. Quia comederũt iacob: et locum eius desolauerũt. Ne memineris iniquitatũ nostrarum antiquarũ: cito anticipẽt

nos mīe tue: qꝛ pauꝑes facti sum⁹
nimis. Adiuua nos de⁹ salutaris
noster: & ꝓpter gloꝛiā noīs tui dn̄e
libera nos et ꝓpicius esto peccatis
nr̄is ꝓpter nomē tuū. Ne foꝛte di
cāt in gētib⁹ vbi est de⁹ eoꝝ et īno
tescat i natiōibus coꝛā oculis nr̄is.
Ultio sāguis seruoꝛū tuoꝝ q̄ effu-
sus est: introeat in cōspectu tuo ge-
mit⁹ cōpeditoꝛū. Secūdū magni
tudinem bꝛachii tui: posside filios
moꝛtificatoꝛuꝫ. Et redde vicinis
nr̄is septuplū i sinu eoꝛū: ip̄ꝛoperi-
um ipsoꝛū quod exꝓꝛobꝛauerūt ti-
bi dn̄e. Nos aūt ꝓpl̄us tu⁹ & oues
pascue tue: cōfitebimur tibi i scl̄m.
In gn̄atiōe & generationē: annū-
ciabimus laudem tuam. ps. lxxix.

QUi regis isrl̄ intēde: q̄ dedu
cis velut ouē ioseph. Qui
sedes sup̄ cherubin manifestare co-

ram effraim beniamin & manasse.
Excita potētiā tuā & veni: vt sal-
uos facias nos. Deus ꝯuerte nos:
et ostēde faciē tuā et salui erimus.
Dñe deꝰ virtutū: quousqꝫ irasce-
ris super orationē serui tui. Ciba-
bis nos pane lachrymaꝝ & potum
dabis nobis ī lachrymis in mensu
ra. Posuisti nos ī cōtradictionem
vicinis nostris: & īimici nostri sub-
sānauerūt nos. Deus virtutum
cōuerte nos: et ostēde faciē tuam et
salui erimus. Vineam de egypto
trāstulisti: eiecisti gentes & planta
sti eam. Dux itineris fuisti ī ꝯspe-
ctu eius: & plantasti radices eius et
impleuit terram. Operuit mōtes
vmbra eius: & arbusta eius cedros
dei. Extendit palmites suos vsqꝫ
ad mare: & vsqꝫ ad flumē ꝑpagines
eiꝰ. Vt q̄d destruxisti maceriam

ei⁹: ⁊ vīdemiāt eam oīes qui pꝛe-
tergrediūtur viā. Exterminauit
eam aper de silua: ⁊ singularis fer⁹
depast⁹ est eam. Deus virtutum
conuertere: respice de celo ⁊ vide et
visita vineā istā. Et ꝑfice eā quā
plātauit dextera tua: et sup̲ filiū ho-
minis quē cōfirmasti tibi. Incen
sa igni ⁊ suffossa: ab icrepatiōe vul
tus tui ꝑibūt. Fiat man⁹ tua su-
per virū dextere tue: ⁊ sup̲ filiū ho-
minis quē cōfirmasti tibi. Et nō
discedimus a te viuificabis nos: et
nomē tuū iuocabimus. Dñe de⁹
virtutū ꝯuerte nos: ⁊ ostende faciē
tuā ⁊ salui erim⁹. Gloria. An. Pꝛo
pici⁹ esto peccatis nostris domine.

¶ Feria sexta. Psalmus. lxxx.

Exultate deo adiutoꝛi nr̃o: iu
bilate deo iacob. Sumite
psalmū ⁊ date tympanū: psalteriū

iocūdum cum cythara. Buccina-
te ī neomenia tuba: in īsigni die so
lēnitatis vr̄e. ꝛ p̄ceptū in israel
est: et iudiciū deo iacob. estimo-
niū in ioseph posuit illud cū exiret
de terra egypti: liguā quā nō noue
rat audiuit. iuertit ab oneribꝰ
dorsū eiꝰ: manꝰ eius ī cophino ser-
uierūt. n tribulatiōe inuocasti
me ⁊ liberaui te: exaudiui te in ab-
scondito tēpestatis: ꝓbaui te apud
aquā ꝯtradictiōis. udi populꝰ
meꝰ et ꝯtestabor te: isrl̄ si audieris
me nō erit ī te deus recēs: neqꝫ ado-
rabis deū alienū. go eni sū dn̄s
deꝰ tuꝰ qui eduxi te de t̄ra egypti:
dilata os tuū ⁊ implebo illud. t
nō audiuit populꝰ meꝰ vocē meā.
et israel nō ītēdit michi. t dimi-
sit eos scd̄m desideria cordis eorū:
ibūt in adinuētiōibꝰ suis. i po-

pulus meus audisset me: israel si i
viis meis ābulasset. Pro nichilo
forsitā inimicos eorū humiliassez:
⁊ sup̄ tribulātes eos misissē manū
meā. Inimici dn̄i mētiti sunt ei:
et erit tp̄s eorum i secula. Et ciba=
uit illos ex adipe frumēti: et de pe=
tra melle saturauit eos.

DEus stetit i synagoga deo=
rū: i medio aūt deos diiudi=
cat. Vsq̄quo iudicatis iniq̄tatē: et
facies peccatoꝝ sumitis. Iudica=
te egeno et pupillo: humilē et pau=
perē iustificate. Eripite paupē et
egenum: de manu pctōris liberate
Nescierūt neq̄ itellexerūt i tenebris
ābulant: mouebunt oīa fundamē
ta tre. Ego dixi dii estis ⁊ filii ex=
celsi oēs. Vos autem sicut hoīes
moriemini: ⁊ sicut vn⁹ de principi=
bus cadetis. Surge de⁹ iudica ter

ram: qm̄ tu hereditabis ĩ om̄ibus
gentib⁹. Gloria. an̄. Exultate deo
adiutori nostro. Psalmus. lxxxii.
Deus q̇s similis erit tibi: ne
taceas neq̄ compescaris de
us. Qm̄ ecce inimici tui sonuerūt
et qui oderūt te extulerunt caput.
Sup̄ pp̄lm tuū malignauerūt cō
siliū: et cogitauer̄t aduersus sctōs
tuos. Dixer̄t venite et disp̄dam⁹
eos de gēte: ⁊ nō memoret̄ nomen
israel vltra. Qm̄ cogitauer̄t vna-
nimiter simul aduersū te testamē
tum disposuer̄t: tabernacula idu-
meorū ⁊ ismaelite. Moab et aga-
reni gebal ⁊ amon ⁊ amalech: alie-
nigene cū habitātib⁹ tyrum. Et-
enim assur venit cū illis: facti sūt i
adiutoriū filiis loth. Fac illis si-
cut madiā ⁊ sisare: sicut iabin i tor
rente cison. Disperierunt i endor:

facti sunt vt sterc⁹ tre. Pone pꝛīci-
pes eoꝛū sicut oꝛeb ⁊ zeb: et zebee et
salmana. Omnes pꝛīcipes eoꝛū: qui
dixerūt: hereditate possideam⁹ sā-
ctuariū dei. Deus me⁹ pone illos
vt rotā: ⁊ sicut stipulam ante faciē
venti. Sicut ignis qui comburit
siluam: et sicut flamma comburēs
mōtes. Ita ꝑsequeris illos ī tēpe-
state tua: et ī ira tua turbabis eos.
Imple facies illoꝝ ignominia: et
querēt nomen tuum dn̄e. Erube-
scāt ⁊ cōturbent̄ ī seculum seculi: ⁊
cōfundant̄ et pereant. Et cogno-
scant qꝛ nomē tibi de⁹: tu solus al-
tissimus in omni terra. ps. lxxxiii.

Quam dilecta tabernacula
tua dn̄e ꝟtutū: ꝯcupiscit et
deficit aīa mea in atria dn̄i. Coꝛ
meū ⁊ caro mea: exultauerūt ī deū
viuū. Eteni passer iuenit sibi do-

mū ⁊ turtur nidū sibi vbi reponat
pullos suos. Altaria tua dñe ṽtu
tū: rex meꝰ ⁊ deꝰ meꝰ. Beati q̄ ha-
bitant ī domo tua: in secula seculo-
rum laudabūt te. Beatus vir cu-
ius est auxilium abs te: ascēsiones
ī corde suo disposuit ī valle lachry-
marū in loco quem posuit. Etenī
benedictiōes dabit legislator: ibūt
de ṽtute ī virtutem videbitur de-
us deorum ī syon. Domine deus
virtutum exaudi orationem meā:
auribus percipe deꝰ iacob. Prote-
ctor noster aspice deus: et respice in
faciē christi tui. Quia melior est
dies vna ī atriis tuis: super milia.
Elegi abiectꝰ esse ī domo dei mei
magis q̄ habitare in tabernaculis
peccatorū. Quia misericordiam
⁊ veritatem diligit deus: gratiam
et gloriā dabit dominus. Nō pri-

uabit bonis eos qui ambulāt i in=
nocētia: domine virtutum beatus
homo qui sperat in te. Gloria pa.
an. Tu solus altissimus super om=
nem terram.

Benedixisti domine terrā tu=
am: auertisti captiuitatē ia=
cob. Remisisti īiquitatem plebis
tue: operuisti oīa peccata eorum
Mitigasti omnem iraz tuā: auer=
tisti ab ira īdignationis tue. Con
uerte nos de9 salutaris nr̄: ꝛ auer=
te iram tuam a nobis. Nunquid
ineternum irasceris nobis: aut ex=
tēdes iram tuam a generatione in
generationem. Deus tu conuer=
sus viuificabis nos: ꝛ plebs tua le=
tabitur i te. Ostēde nobis domine
misericordiā tuam: et salutare tu=
um da nobis. Audiā q̄d loquat̄ i
me domin9 deus: quoniam loquet̄

pacem ĩ plebẽ suã. Et sup̃ sanctos
suos: et ĩ eos q̃ conuertũtur ad cor.
Verũtñ prope timẽtes eum salu-
tare ip̃ius: vt ĩhabitet gloria in ter
ra nostra. Misericordia & veritas
obuiauerũt sibi: iusticia & pax oscu-
late sũt. Veritas de terra orta est:
& iusticia de celo p̃spexit. Etenim
dominus dabit benignitatẽ: et ter
ra nostra dabit fructũ suum. Iu-
sticia ãte eum ambulabit: & ponet
ĩ via gressus suos. Psalm⁹ lxxxv.

Inclina dñe aurẽ tuã & exau
di me: qm̃ iops et paup̃ sum
ego. Custodi aiam meã qm̃ sctũs
sum: saluũ fac seruũ tuum de⁹ me
us sperãtẽ in te. Miserere mei do-
mine qm̃ ad te clamaui tota die: le
tifica aiaz serui tui qm̃ ad te domi-
ne aiaz meam leuaui. Qm̃ tu dñe
suauis & mitis: & multe mĩe oibus

inuocãtibus te. Auribꝰ ꝑcipe dñe
orationẽ meã: et intẽde voci depre-
cationis mee. In die tribulatiõis
mee clamaui ad te: qꝛ exaudisti me
Nõ est similis tui ĩ diis dñe: et nõ
est secũdũ opera tua. Omnes gen
tes quascũq; fecisti veniẽt et adora
bunt corã te dñe: ⁊ glorificabũt no
men tuum. Qm̃ magnus es tu ⁊
faciens mirabilia: tu es deus solus
Deduc me dñe in via tua: ⁊ ingre
diar ĩ veritate tua: letetur cor me-
um vt timeat nomẽ tuum. Cõfi-
tebor tibi dñe deus meꝰ in toto cor
de meo: et glorificabo nomẽ tuũ in
eternũ. Quia mĩa tua magna est
sup me: ⁊ eruisti aĩam meã ex ĩfer-
no ĩferiori. Deus iniqui ĩsurrexe-
rũt sup me: ⁊ synagoga potẽtium
q̃sierũt aĩam meã: ⁊ nõ ꝓposuerũt
te ĩ cõspectu suo. Et tu dñe deꝰ mi

seratoꝛ ⁊ misericoꝛs: patiēs et mul te misericoꝛdie et verax. espicei me ⁊ miserere mei: da imperiū pue ro tuo: ⁊ saluum fac filium ancille tue. ac mecū signū i bono: vt vi deant qui oderūt me ⁊ confundan tur: qm̄ tu dn̄e adiuuisti me ⁊ cōso-lat⁹ es me. loꝛia pr̄i. Benedi xisti dn̄e terram tuam.

Undamenta eius in mōti-bus sctis: diligit dominus poꝛtas syon super omnia taberna-cula iacob. loꝛiosa dicta sūt de te: ciuitas dei. emoꝛ ero raab et ba bilonis: sciētium me. cce alieni-gene ⁊ tyꝛus ⁊ popul⁹ ethyopum: hi fuerunt illic. ūquid syon di-cet homo/⁊ homo natus est in ea: ⁊ ipse fundauit eam altissim⁹. o-minus narrabit i scripturis popu-loꝛum: et principū hoꝛum qui fue-

rūt in ea. Sicut letantium omni-
um: habitatio est in te.

Ps. lxxxvii.

Domine deus salutis mee: i
die clamaui et nocte corā te
Intret i cōspectu tuo oratio mea
Iclina aurem tuā ad precem meā.
Quia repleta est malis aīa mea ꝛ
vita mea: in inferno appropinqua
uit. Estimatus sum cū descendē-
tibus in lacū: factus sū sicut homo
sine adiutorio inter mortuos liber
Sicut vulnerati dormiētes in se-
pulchris quorū non es memor am
plius: ꝛ ipsi de manu tua repulsi sūt.
Posuerunt me in lacu inferiori: i
tenebrosis ꝛ i vmbra mortis. Su-
per me cōfirmatus est furor tuus:
et oēs fluctus tuos iduxisti sup me
Lōge fecisti notos meos a me: po
suerūt me abhoīationē sibi. Tra-
ditus sum ꝛ non egrediebar: oculi

mei lãguerũt pre inopia. C lama-
ui ad te dñe tota die expandi ad te
manꝰ meas. N unq̇d mortuis fa-
cies mirabilia: aut medici suscita-
bũt ⁊ ꝯfitebunt tibi. N unq̇d nar-
rabit aliq̇s i sepulchro miaz tuã: et
veritatẽ tuam i perditione. N ũ-
quid cognoscẽtur i tenebris mira-
bilia tua: ⁊ iusticia tua i tra obliui-
onis. E t ego ad te dñe clamaui: ⁊
mane oratio mea pueniet te. V t
quid dñe repellis orationẽ meam:
auertis faciẽ tuam a me. P auper
sum ego ⁊ in laboribus a iuuentu-
te mea: exultatus aũt humiliatus
sum ⁊ cõturbatus. I n me trãsie-
rũt ire tue: ⁊ terroris tui ꝯturbaue-
rũt me. C ircũdederunt me sicut
aqua tota die: circũdedert me simt
E lõgasti a me amicũ ⁊ ximũ: ⁊
notos meos a miseria. F ũdamẽ-

ta ei⁹ i mõtibus sctis. ps. lxxxviii.

Misericordias dñi: in eternũ cãtabo. In generatione & generationẽ: ãnũciabo veritatem tuã i ore meo. Qm̃ dixisti in eternũ mĩa edificabit̃ i celis: preparabitur veritas tua i eis. Disposui testamẽtum electis meis: iuraui dauid seruo meo vsq3 in eternum preparabo semẽ tuum. Et edificabo in generatione & generationẽ: sedẽ tuã. Cõfitebuntur celi mirabilia tua dñe: eteni veritatẽ tuã in ecclesia sanctorũ. Qm̃ quis i nubibus equabit̃ dño: similis erit dño i filiis dei. Deus qui glorificatur i cõsilio sanctorum: magn⁹ & terribilis super om̃es qui in circuitu eius sunt. Dñe de⁹ virtutum quis similis tibi: potens es dñe & veritas tua i circuitu tuo. Tu dominaris

potestatis maris: motum autẽ flu
ctuum ei⁹ tu mitigas. Tu humi-
liasti sicut vulneratum superbuz:
ĩ brachio ṽtutis tue dispersisti ini-
micos tuos. Tui sũt celi ⁊ tua est
terra: orbem terre ⁊ plenitudinem
ei⁹ tu fũdasti: aquilonẽ et mare tu
creasti. Thabor et hermon in no-
mine tuo: exultabũt tuũ brachiuz
cũ potentia. Firmet manus tua
⁊ exultet dextera tua: iusticia ⁊ iu-
diciuz p̃paratio sedis tue. Miseri-
cordia ⁊ veritas precedẽt faciẽ tuã:
beatus populus qui scit iubilatio-
nẽ. Domine ĩ lumine vultus tui
ambulabũt: ⁊ in nomine tuo exul-
tabũt tota die: ⁊ ĩ iusticia tua exal-
tabũtur. Qm̃ gloria virtutis eo-
rum tu es: ⁊ ĩ beneplacito tuo exal-
tabitur cornu nostruz. Quia dñi
est assumptio nostra: ⁊ sãcti israel

regis nostri. Tũc locutus es in vi
sione sctis tuis et dixisti: posui ad-
iutorium i potente: et exaltaui ele-
ctuz de plebe mea. Inueni dauid
seruum meũ: oleo sancto meo vnxi
eum. Manꝰ enim mea auxiliabi-
tur ei: et brachium meũ ꝯfirmabit
eũ. Nichil ꝑficiet inimicus in eo:
et filiꝰ iniq̃tatis nõ apponet noce-
re ei. Et cõcidam a facie ipsiꝰ ini-
micos eiꝰ: et odiẽtes eum i fugam
cõuertam. Et veritas mea ⁊ mia
mea cũ ipso: et i nomine meo exal-
tabitur cornu eiꝰ. Et ponã in ma
ri manũ eiꝰ: ⁊ in fluminibus dexte
ram eius. Ip̃e iuocauit me pater
meus es tu: deus meꝰ et susceptor
salutis mee. Et ego primogenitũ
ponam illum: excelsum pre regibꝰ
terre. In eternũ seruabo illi miam
meã: ⁊ testamentũ meũ fidele ipsi.

Et ponam i seculum seculi semē
eius: & thronum eius sicut dies celi
Si autē dereliquerint filii eius le
gem meā: & i iudiciis meis nō am-
bulauerit. Si iusticias meas pro-
phanauerint: & mandata mea non
custodierit. Visitabo i virga ini-
quitates eorū: et i verberibus pec-
cata eorum. Misericordiam aūt me-
am nō dispergam ab eo: neq3 noce-
bo i veritate mea. Neq3 pphana-
bo testamētū meū & q̄ pcedūt de la
biis meis non faciā irrita. Semel
iuraui i sctō meo si dauid mētiar:
semē ei9 ietnū manebit. Et thro-
nus ei9 sicut sol i cōspectu meo & si
cut luna pfecta ineternū: et testis i
celo fidelis. Tu vero repulisti et de-
spexisti: distulisti xp̄3 tuū. Auerti
sti testamētum serui tui: pphana-
sti i terra sāctuariū ei9. Destruxi

ſti oēs ſepes eiꝰ: poſuiſti firmamē-
tū eiꝰ formidinē. Diripuerūt euꝫ
oēs trāſeuntes viā: factꝰ eſt oppro-
briū vicinis ſuis. Exaltaſti dexte
ram deprimētium eum: letificaſti
oēs inimicos eiꝰ. Auertiſti adiu-
toriū gladii eiꝰ: ⁊ nō es auxiliatꝰ ei
ī bello. Deſtruxiſti eū ab emūda-
tiōe: ⁊ ſedē eiꝰ ī terra colliſiſti. Mi-
noraſti dies temporis eiꝰ: ꝑfudiſti
eū ꝯfuſiōe. Uſqꝫquo dn̄e auertis ī
finē: exardeſcet ſicut ignis ira tua.
Memorare q̄ mea ſubſtātia: nunq̇d
enī vane ꝯſtituiſti oēs filios hoīm.
Quis eſt homo q̇ viuet ⁊ nō vide-
bit mortē: eruet aīaꝫ ſuā de manu
īferi. Ubi ſūt mīe tue ātique dn̄e:
ſicut iuraſti dauid in veritate tua.
Memor eſto dn̄e opprobrii ſeruorꝫ
tuoꝝ: quod ꝯtinui ī ſinu meo mul-
tarū gētiū. Quod exprobrauerūt

Inimici tui dñe: qđ exprobrauerũt
cõmutationẽ xp̃i tui. enedictus
dñs ĩeternum: fiat fiat.

Domine refugium fact⁹ es
nobis: a generatiõe in gene
rationem. riusq̃ montes fierẽt
aut formaret terra et orbis: a secu-
lo ⁊ vsq̃ i seculum tu es deus. e
auertas hominẽ ĩ humilitatem: et
dixisti cõuertimini filii hominum
uoniã mille ãni ante oculos tu
os: tanq̃ dies hesterna que p̃teriit.
t custodia ĩ nocte que p̱ nichilo
habent eorũ ãni erũt. ane sicut
herba transeat mane floreat ⁊ trã-
seat: vespe decidat iduret ⁊ arescat.
uia defecimus ĩ ira tua: ⁊ in fu-
rore tuo turbati sumus. osuisti
iniq̃tates nostras ĩ ɔspectu tuo: se-
culũ nostrũ in illuminatione vul-
tus tui. m̃ oĩes dies nr̃i defece

runt: ꝛ i ira tua defecimus. Anni
nr̄i sicut aranea meditabunt: dies
annoꝝ nostroꝝ in ip̄is septuagita
anni. Si aūt in potētatibus octo=
ginta anni: ꝛ amplius eoꝝ laboꝛ et
doloꝛ. Qm̄ supuenit mā̄suetudo:
et coꝛripiemur. Quis nouit ptā=
tē ire tue: et pꝛe timoꝛe tuo irā tuā
dinumerare. Dexterā tuā sic no=
tā fac: ꝛ eruditos coꝛde in sapiētia.
Conuertere dn̄e vsqꝫquo: et depꝛe=
cabilis esto super seruos tuos. Re
pleti sum⁹ mane mīa tua: ꝛ exulta
uimus et delectati sum⁹ ī oīnibus
diebus nostris. Letati sumus p
diebus qb⁹ nos hūiliasti ānis: qb⁹
vidim⁹ mala. Respice ī seruos tu
os et in opa tua: ꝛ dirige filios eoꝝ.
Et sit splēdoꝛ dn̄i dei nostri super
nos: ꝛ opa manuū nr̄aꝝ dirige sup
nos ꝛ op⁹ manuū nr̄aꝝ dirige. p̄. xc

Q Ui habitat in adiutorio al-
tissimi: ĩ ꝓtectiõe dei celi cõ-
morabit᷑. D icet dño susceptor me-
us es tu: et refugium meum deus
meus sperabo in eũ. Q m̃ ipse libe-
rauit me de laqueo venãtium: et a
verbo aspero. S capulis suis obũ-
brabit tibi ⁊ sub pẽnis eiꝰ sperabis
S cuto circũdabit te ꝟitas eiꝰ: nõ
timebis a timore nocturno. A sa-
gitta volãte in die negocio peram-
bulãte in tenebris: ab in cursu ⁊ de-
monio meridiano. C adent a late-
re tuo mille: ⁊ decẽ milia a dextris
tuis: ad te autem nõ appropinqua-
bit. V erũtamen oculis tuis cõsi-
derabis: ⁊ retributionem peccato-
rum videbis. Q m̃ tu es dñe spes
mea: altissimum posuisti refugiũ
tuum. N õ accedet ad te malum ⁊
flagellum nõ appropinquabit ta-

bernaculo tuo. Quoniam ãgelis suis mandauit de te: vt custodiant te in omnibus viis tuis. In mani-bus portabũt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Super aspidem & basiliscũ ambulabis: et conculcabis leonem & drachonem. Qm̃ i me sperauit liberabo eũm: ꝓtegam eum quoniam cognouit nomẽ meum. Clamauit ad me & ego exaudiam eum/ cum ipso sum i tribulatione: eripiam eum et glo-rificabo eum. Longitudine die-rum replebo eum: et ostendam il-li salutare meum. Psalmus .xci.

BOnum est cõfiteri domino: & psallere nomini tuo altissi-me. Ad annũciandũ mane mĩaz tuã & veritatez tuã per noctẽ. In decachordo psalterio: cũ cantico in cythara. Quia delectasti me dñe i

factura tua: et i operib⁹ manuum
tuaruz exultabo. uoniam ma-
gnificata sūt opera tua dn̄e: nimis
pfunde facte sunt cogitatiōes tue.
ir insipiēs nō cognoscet: & stul-
tus non intelliget hec. um exor-
ti fuerit peccatores sicut fenum: et
apparuerit omnes qui operantur
iniquitatem. t intereant i secu-
lū seculi: tu autem altissim⁹ in eter
num domine. m̄ ecce īimici tui
dn̄e qm̄ ecce inimici tui peribūt: et
dispergētur omnes qui operantur
īiquitatem. t exaltabitur sicut
vnicornis cornu meum: et senect⁹
mea in misericordia vberi. t de-
spexit oculus me⁹ inimicos meos:
et insurgentibus in me malignan
tibus: audiet auris mea. ustus
vt palma florebit: sicut ced⁹ libani
multiplicabit. lātati i domo do

nimi: i atriis dom⁹ dei nr̄i florebūt
Adhuc multiplicabunt i senecta
vberi: & bene patiētes erūt vt annū
cient. Qm rectus dn̄s de⁹ noster:
et non est iniquitas in eo.

Dominus regnauit decorem
indut⁹ est: idutus est domi-
nus fortitudinē et precixit se. Et-
enim firmauit orbem terre: qui nō
cōmouebitur. Parata sedes tua
extunc: a sc̄lo tu es. Eleuauerunt
flumina dn̄e: eleuauerūt flūina vo-
cē suā. Eleuauerunt flumina flu-
ctus suos: a vocib⁹ aquarū multa
rum. Mirabiles elationes maris:
mirabilis in altis dn̄s. Testimonia
tua credibilia facta sunt nimis: do
mum tuam decet sanctitudo dn̄e i
longitudinem dierum.

Deus vltionum dn̄s de⁹ vl-
tionū libere egit. Exulta-

re q̃ iudicas terram: redde retribu-
tionē superbis. Usquequo pctōres
dñe: usquequo pctōres gl'iabuntur.
Effabūtur et loquētur iniquita-
tem: loquētur omnes qui operan-
tur iniusticiam. Populū tuū dñe
humiliauerunt: & hereditatem tu-
am vexauerūt. Uiduam & adue-
nam interfecerunt: & pupillos occi-
derūt. Et dixerūt non videbit do
minus: nec itelliget deus iacob. In-
telligite insipiētes i populo: & stul-
ti aliquādo sapite. Qui plātauit
aurē nō audiet: aut q̃ finxit oculuz
non considerat. Qui corripit gen
tes nō arguet: qui docet hominem
scientiā. Dominus scit cogitatio
nes hominū: quoniam vane sunt.
Beatus homo quem tu erudieris
domine: et de lege tua docueris eū.
Ut mitiges eum a diebus malis:

donec fodiat peccatori fouea. Q ꝛ
non repellet dominꝰ plebem suã:
et hereditatem suam non derelin=
quet. Quoadusqꝫ iusticia ꝯuerta=
tur ĩ iudicium: ⁊ qui iuxta illã om
nes qui recto sunt corde. Quis cõ
surget michi aduersus malignan=
tes: aut quis stabit mecũ aduersꝰ
operãtes iniquitatem. Nisi quia
dñs adiuuit me: paulominꝰ habi=
tasset ĩ inferno anima mea. Si di=
cebã motus est pes meꝰ: misericor=
dia tua dñe adiuuabat me. Secũ=
dũ multitudinem dolorũ meoꝝ in
corde meo: consolationes tue letifi=
cauerũt aĩaꝫ meã. Nũquid adhe=
ret tibi sedes ĩiquitatis qui fingis
dolorem ĩ precepto. Captabũt in
aiam iusti: et sanguinẽ innocenteꝫ
cõdẽnabunt. Et factus est michi
dñs ĩ refugiũ: et deꝰ meus in adiu=

toriū spei mee. Et reddet illis ini-
quitatem ipsorum: et ī malicia eo-
rum disperdet eos: disꝑdet illos do
minus deus noster.
Venite exultemꝰ dño: iubile
mus deo salutari nr̄o. Pre
occupemus faciem eius in cōfessio-
ne: ⁊ ī psalmis iubilemus ei. Quoniā
deus magnus dominus: ⁊ rex ma-
gnus sup̱ oīnes deus. Quia ī ma-
nu eius sunt oīnes fines terre: ⁊ al-
titudines mōtiū ipsius sūt. Quo
niam ipsius est mare ⁊ ipse fecit il-
lud: et siccam manꝰ eius formaue-
runt. Venite adoremꝰ et procida-
mus: et ploremꝰ ante dn̄m qui fe-
cit nos: quia ip̄e est dn̄s deꝰ noster.
Et nos populꝰ pascue eiꝰ: ⁊ oues
manus eiꝰ. Hodie si vocem eiꝰ au
dieritis: nolite obdurare corda ve-
stra. Sicut in irritatione: secundū

diem tētationis i deserto. Ubi tē-
tauerūt me patres vestri: probaue
rūt ⁊ viderūt opa mea. Quadra-
gita annis offensus fui generatiōi
illi: et dixi semper errāt corde. Et
isti nō cognouerunt vias meas: vt
iuraui i ira mea/ si introibūt i req-
em meam. Gloria patri. Benedi
ctus dn̄s ineternū.
Cantate dn̄o cāticū nouum:
cātate dn̄o oīs terra. Can-
tate dn̄o et benedicite nomini ei⁹:
annūciate de die i diē salutare ei⁹.
Annūciate inter gentes gloriam
eius: in om̄ibus populis mirabilia
ei⁹. Qm̄ magnus dn̄s ⁊ laudabi-
lis nimis: terribilis est super om̄es
deos. Qm̄ om̄es dii gētiū demo-
nia: dn̄s aūt celos fecit. Confessio
et pulchritudo in ↄspectu eius: san
ctimonia ⁊ magnificētia in sancti

ficatione eius. Afferte dño patrie gẽtiũ afferte dño gloriã et honorẽ: afferte dño gl'iaz nomini ei⁹. Tol lite hostias ⁊ itroite ĩ atria ei⁹: ado rate dñm ĩ atrio sctõ ei⁹. Cõmo ueaẽ a facie eius vniuersa t'ra: dici te ĩ gẽtibus quia dominus regna uit. Etenim correxit orbem terre qui non commouebitur: iudicabit populos ĩ equitate. Letentur celi ⁊ exultet terra: commoueatur ma re et plenitudo ei⁹ gaudebũt cam pi ⁊ omnia que in eis sunt. Tunc exultabũt omnia ligna siluarum a facie domini quia venit: quoniã venit iudicare terraz. Iudicabit orbem terre ĩ equitate: ⁊ populos ĩ veritate sua. Psalm⁹. xcvi.

DOminus regnauit exultet t'ra: letẽtur ĩsule multe. Nubes et caligo ĩ circuitu eius: iusticia et iu-

dicium correctio sedis eiꝰ. gnis
ante ipsum precedet: ⁊ inflamma-
bit i circuitu inimicos eiꝰ. lluxe-
rũt fulgura eius orbi terre: vidit ⁊
ꝯmota est terra. õtes sicut cera
fluxerũt a facie dñi: a facie dñi om-
nis terra. nnũciauerunt celi iu-
sticiam eius: et viderũt omnes po-
puli gloriam eius. onfundãtur
oĩes qui adorant sculptilia: ⁊ qui
gloriant̃ i simulachris suis. do
rate eum omnes angeli eius: audi
uit ⁊ letata est syõ. t exultauerũt
filie iude: ꝓpter iudicia tua domi-
ne. m̃ tu dñs altissimꝰ sup om-
nem terrã: nimis exaltatus est sup
oẽs deos. ui diligitis dñm odi-
te malũ: custodit dñs aias sanctoꝝ
suorum de manu peccatoris libera-
bit eos. ux orta est iusto: ⁊ rectis
corde leticia. etamini iusti i do-

mino: ꝛ confitemini memorie scti-
ficationis eius. Gloria patri. An.
Cantate dño et benedicite nomini
eius. ¶ Sabbato. Psalmus xcvii.
Cantate dño cāticū nouum:
quia mirabilia fecit. Sal-
uauit sibi dextera eius: et brachiū
sanctū eius. Notum fecit dñs sa-
lutare suū: in cōspectu gētiū reue-
lauit iusticiā suā. Recordatus est
mīe sue: ꝛ veritatis sue domui isra-
el. Viderūt omnes termini terre
salutare dei nr̄i: iubilate deo om̄is
terra: cantate et exultate et psalli-
te. Psallite domino in cythara in
cythara et voce psalmi: ī tubis du-
ctilibus ꝛ voce tube cornee. Iubi-
late in cōspectu regis dñi / moueat̄
mare et plenitudo eius: orbis ter-
rarum ꝛ qui habitant in eo. Flu-
mina plaudent manu simul mon-

tes exultabūt a conspectu dñi: quo
niam venit iudicare terrā. Iudi-
cabit orbem terre ĩ iusticia: ⁊ popu
los in equitate. Psalmus .xcviii.

Dominꝰ regnauit irascant
populi: q̇ sedes sup cherubi
moueat terra. Dñs ĩ syō magnꝰ
et excelsus sup oēs pplos. Cōfiteā
tur noī tuo magno qm̄ tribile ⁊ sā
ctum est: ⁊ honor regis iudiciū dili
git. Tu parasti directiōes: iudici-
um ⁊ iusticiā ĩ iacob tu fecisti. Ex
altate dñm deū nr̄m: ⁊ adorate sca
bellū pedū eiꝰ qm̄ sctm̄ est. Moy-
ses ⁊ aaron ĩ sacerdotibus eiꝰ: ⁊ sa-
muel iter eos qui inuocant nomē
eiꝰ. Inuocabāt dominum et ipse
exaudiebat eos: in colūba nubis lo
quebatur ad eos. Custodiebāt te-
stimonia eiꝰ: et preceptū quod de-
dit illis. Domine deꝰ noster tu ex

audiebas eos: de⁹ tu propicius fui-
sti eis: & vlciscēs in omnes adinuē-
tiones eorum. Exaltate dominū
deum nostrum: & adorate in mon-
te sctō eius: quoniā sanct⁹ domin⁹
deus noster. Gloria pri. Quia
mirabilia fecit dominus.

Iubilate deo oīnis terra: ser-
uite dño ī leticia. Introite
ī cōspectu ei⁹: in exultatione. Sci-
tote qm̄ dñs ipse est deus: ipse fecit
nos: & non ipsi nos. Populus eius
& oues pascue eius introite portas
ei⁹ in confessione: atria ei⁹ in hym-
nis ꝯfitemini illi. Laudate nomē
ei⁹: qm̄ suauis est dñs ieternū mīa
eius & vsq₃ ī generatiōe et genera-
tionem veritas eius.

Misericordiā & iudiciū cātā-
bo tibi dñe: psallā & intelli-
gam ī via immaculata qñ venies

ad me. Perambulabam in inocē-
tia cordis mei: i medio dom⁹ mee.
Non proponebā ante oculos me-
os rem iniustam: faciētes preuari-
catiões odiui. Non adhesit michi
cor prauū: declinantem a me mali-
gnū nō cognoscebā. Detrahentē
secreto proximo suo: hūc persequebar.
Superbo oculo et insatiabili corde:
cū hoc non edebā. Oculi mei ad fi-
deles terre vt sedeant mecū: ambu
lans in via immaculata/ hic michi
ministrabat. Nō habitabit in me
dio domus mee qui facit superbiā:
qui loquitur iniqua nō direxit in cō-
spectu oculorum meorum. In ma
tutino interficiebam omnes pecca
tores terre: vt disperderem de ciuita-
te dñi omnes operātes iniquitatē.
Gloria pri et filio. Sicut erat. ān.
Jubilate deo omnis terra. ps. a.

Domine exaudi orationez me-
am: et clamor me⁹ ad te ve-
niat. Nō auertas faciez tuā a me:
in quacūqꝫ die tribulor inclina ad
me aurem tuam. In quacūqꝫ die
īuocauero te: velociter exaudi me.
Quia defecerūt sicut fumus dies
mei: et ossa mea sicut cremiū arue-
rūt. Percussꝰ sum vt fenū ⁊ aruit
cor meū: quia oblitꝰ sum comede-
re panē meū. A voce gemitꝰ mei:
adhesit os meū carni mee. Simi-
lis factus sum pellicano solitudi-
nis: factus sū sicut nicticorax ī do-
micilio. Vigilaui et factꝰ sū sicut
passer solitarius ī tecto. Tota die
exprobrabant michi inimici mei: ⁊
qui laudabāt me aduersum me iu
rabāt. Qꝛ cinerē tanqꝫ panē man
ducabā: ⁊ potū meū cū fletu misce
bā. A facie ire īdignatiōis tue: qꝛ

eleuãs allisisti me D ies mei sicut
vmbra declinauerũt: et ego sicut fe-
nũ arui. T u aũt dñe ieternũ per-
manes: et memoriale tuũ i genera
tiõe ꝛ gñatione. T u exurgẽs mi-
sereberis syõ: qꝛ tp̃s miserẽdi eius
quia venit tẽpus. Q m placuerũt
seruis tuis lapides eius: ꝛ terre eiꝰ
miserebunt. E t timebũt gentes
nomẽ tuũ dñe: ꝛ oẽs reges tre glo-
riã tuã. Q r edificauit dñs syon: ꝛ
videbit i gl̃ia sua. R espexit in ora
tionẽ humiliũ: ꝛ non spreuit precẽ
eorum. S cribãtur hec i generatiõe
altera: ꝛ populꝰ q̃ creabit laudabit
dñm. Q uia ꝓspexit de excelso sã-
cto suo: dñs de celo in terrã aspexit
U t audiret gemitꝰ compeditorꝫ:
vt solueret filios iteremptorꝫ. U t
annũciẽt in syon nomẽ dñi: et lau-
dẽ eius in hierusalẽ. I n cõueniẽ-

do populos ĩ vnũ: ⁊ reges vt serui-
ant dño. Respondit ei ĩ via virtu-
tis sue: paucitatẽ dierũ meorũ nũ-
cia michi. Ne reuoces me in dimi-
dio dierum meorum: in generatio-
ne et generationẽ ãni tui. Initio
tu domine terram fundasti: ⁊ ope-
ra manuũ tuarum sunt celi. Ipsi
peribũt tu aũt permanes: et oĩes
sicut vestimẽtum veterascẽt. Et
sicut opertoriũ mutabis eos ⁊ mu-
tabũtur: tu autẽ idem ipse es et an-
ni tui nõ deficiẽt. Filii seruorum
tuorum habitabunt: ⁊ semen eorũ
ĩ seculum dirigetur. Psalmus .ci.

Benedic aĩa mea dño: ⁊ oĩa
que ĩtra me sũt nomini san-
cto eiꝰ. Benedic anima mea dño:
et noli obliuisci oẽs retributiones
eiꝰ. Qui ꝓpiciatur oĩbus iniq̃ta-
tibus tuis: qui sanat oĩes ĩfirmi-

tates tuas. Qui redimit de interi
tu vitam tuā: q̄ coronat te ī mīa et
miserationibus. Qui replet in bo
nis desideriū tuū: renouabitur vt
aquile iuuētus tua. Faciēs mise-
ricordias dn̄s: ⁊ iudicium om̄ibus
iniuriā patientibus. Notas fecit
vias suas moysi: filiis isrl̄ volūta-
tes suas. Miserator et misericors
dn̄s: lōganimis ⁊ multum miseri-
cors. Non ī perpetuū irascet᷑: neq̄ȝ
ineternū cōminabit᷑. Nō secūduȝ
pctā nostra fecit nobis: neq̄ȝ secun-
dū iniq̄tates nr̄as retribuit nobis.
Qm̄ scd̄m altitudinē celi a terra:
corroborauit mīaȝ suā super timē-
tes se. Quantū distat ortus ab oc-
cidēte: longe fecit a nobis iniquita
tes nostras. Quomodo miseret᷑
pater filioꝝ misertus est dn̄s timē-
tibus se: qm̄ ipse cognouit figmētū

nostrum. Recordatus est quoniam pul-
uis sumus: homo sicut fenum dies eius tan-
quam flos agri sic exflorebit. Quoniam spi-
ritus pertransibit in illo et non subsi-
stet: et non cognoscet amplius locum suum.
Misericordia autem domini ab eterno: et usque ineter
num super timentes eum. Et iusti-
cia illius in filios filiorum: his qui ser-
uant testamentum eius. Et memo
res sunt mandatorum ipsius: ad faci-
endum ea. Dominus in celo parauit se-
dem suam: et regnum ipsius omnibus domina-
bitur. Benedicite domino omnes angeli
eius potentes virtute facientes ver-
bum illius: ad audiendam vocem sermo
num eius. Benedicite domino omnes
virtutes eius: ministri eius qui faci-
tis voluntatem eius. Benedicite domino
omnia opera eius: in omni loco domi
nationis eius: benedic anima mea do
mino. Gloria patri. An. Clamor me-

us ad te veniat deus. Psalm⁹ ciii.

Benedic anima mea dño: domine de⁹ meus magnificatus es vehemēter. Confessionem et decorem induisti: amictus lumine sicut vestimēto. Extendens celum sicut pellē: qui tegis aquis superiora ei⁹. Qui ponis nubē ascēsum tuū: qui ambulas sup pēnas vētor. Qui facis āgelos tuos spirit⁹ & ministros tuos ignē urentē. Qui fūdasti terrā sup stabilitatē suam: nō inclinabit i seculū seculi. Abyssus sicut vestimētū amict⁹ eius: sup mōtes stabūt aque. Ab increpatiōe tua fugient: a voce tonitrui tui formidabūt. Ascēdunt montes & descendunt campi: in locum quē fūdasti eis. Terminum posuisti quē nō trāsgredient: neq conuertētur operire terram. Qui

emittis fontes ī conuallibus: inter
mediū mōtiū pertransibunt aque
otabunt om̄es bestie agri: expe-
ctabūt onagri ī siti sua. uper ea
volucres celi habitabūt: de medio
petrarum dabunt voces. igās
mōtes de superioꝛibus suis: de fru-
ctu operum tuoꝝ satiabitur terra.
ꝛoducēs fenū iumentis: vt her-
bā seruituti hoīm. t educas pa-
nem de terra: ⁊ vinū letificet coꝛ ho
minis. t exhilaret faciez ī oleo:
et panis coꝛ hois cōfirmet. atu-
rabūtur ligna campi: et cedꝛi liba-
ni quas plantauit illic passeres ni-
dificabunt. erodii dom⁹ dux est
eoꝛum: montes excelsi ceruis petra
refugiū herinaciis. ecit lunam
ī tp̄a: sol cognouit occasum suum.
osuisti tenebꝛas ⁊ facta est nox:
in ipsa pertransibūt omnes bestie

silue. atuli leonum rugiẽtes vt
rapiant: ⁊ querãt a deo escam sibi.
ꝛtus est sol ⁊ cõgregati sunt: ⁊ ĩ
cubilibus suis collocabũtur. xi-
bit homo ad opꝰ suum: et ad opera
tionẽ suã vsq; ad vesperã. uam
magnificata sunt opera tua domi
ne: oĩa ĩ sapientia fecisti: impleta
est terra possessiõe tua. oc mare
magnũ est spaciosum manibus: il
lic reptilia quoꝝ nõ est numerus.
nimalia pusilla cũ magnis: il-
lic naues pertrãsibũt. ꝛaco iste
quẽ foꝛmasti ad illudẽdũ ei: oĩa
a te expectãt vt dies illis escam in
tẽpoꝛe. ãte te illis colligẽt apiẽ-
te te manum tuam: omnia imple-
bũtur bonitate. uertẽte autem
te faciẽ turbabuntur: auferes spm̃
eoꝝ ⁊ deficient/et in puluerem su-
um reuertent. mitte spm̃ tuũ ⁊

creabũtur: ⁊ renouabis faciẽ terre. Sit gl'ia dñi i seculuz: letabit dñs in opib⁹ suis. Qui respicit terrã ⁊ facit eã tremere: qui tangit mõtes et fumigãt. Cantabo dño in vita mea: psallã deo meo q̃diu sũ. Jocundũ sit ei eloquium meũ: ego vero delectabor i dño. Deficiant peccatores a terra ⁊ iniq̃ ita vt nõ sint: benedic aĩa mea domino.

ps. ciiii

Confitemini dño ⁊ inuocate nomẽ eius: annunciate inter gẽtes opera ei⁹. Cantate ei ⁊ psallite ei: narrate oĩa mirabilia ei⁹ laudamini i nomine sctõ ei⁹. Letetur cor querẽtium dominũ: querite dñm ⁊ confirmamini: querite faciem eius semp. Memẽtote mirabiliũ eius que fecit: prodigia ei⁹ et iudicia oris eius. Semen abraham serui ei⁹: filii iacob electi eius.

Ipse dominus deꝰ noster:in vni-
uersa t̃ra iudicia eiꝰ. Memoꝛ fuit
in seculũ testamẽti sui:verbi quod
mandauit in mille generationes.
Quod disposuit ad abꝛahã: et iu-
ramẽti sui ad ysaac. Et statuit il-
lud iacob in pꝛeceptum: et israel in
testamẽtum eternum. Dicens ti-
bi dabo terraꝫ chanaam : funiculũ
hereditatis vestre. Cum essẽt nu-
mero bꝛeui:paucissimi et ĩcole eius
Et pertrãsierunt de gente in gen
tem:et de regno ad populũ alterũ.
Non reliquit hominẽ nocere eis:
et coꝛripuit ꝓ eis reges. Nolite tã
gere chꝛistos meos: et in pꝛophetis
meis nolite malignari. Et voca-
uit famẽ super terrã: ⁊ om̄e firma-
mentũ panis contriuit. Misit an-
te eos virum:in seruum venunda-
tus est ioseph. Humiliauerunt in

compedib⁹ pedes eius: ferrum per-
transiit animam eius: donec veni-
ret verbum eius. loquiũ dñi in
flã mauit eũ: misit rex et soluit euz
princeps populorum ꝛ dimisit eũ.
onstituit eũ dñm domus sue: ꝛ
pricipem oĩs possessiõis sue. t
erudiret pricipes eius sicut semet-
ipm: ꝛ senes ei⁹ prudentiã doceret.
t intrauit israel in egyptũ: ꝛ ia-
cob accola fuit in terra cham. t
auxit populũ suũ vehemẽter: ꝛ fir-
mauit eum sup inimicos ei⁹. õ-
uertit cor eorũ vt odirẽt populum
eius: et dolũ facerẽt in seruos eius.
isit moysen seruũ suum: aaron
quẽ elegit ipsum. osuit i eis ver
ba signorũ suorꝫ: et pdigiorꝫ in tra
cham. isit tenebras et obscura-
uit: et nõ exacerbauit sermones su
os. õuertit aquas eorum in san

guinē: & occidit pisces eoꝝ. Et edi-
dit terra eoꝝ ranas: in penetralibꝰ
regum ipsoꝝ. Dixit & venit cino-
mia: & cinifes ī oībus finibus eorū.
Posuit pluuias eoꝝ grandinem:
ignem cōburentem in terra ipsoꝝ.
Et percussit vineas eoꝝ & ficulne
as eoꝝ: et cōtriuit lignū finiū eoꝝ.
Dixit et venit locusta: & brucꝰ cu-
ius non erat numerus. Et come-
dit oīe fenū in terra eorū: et come-
dit oēm fructū terre eorū. Et per-
cussit oīe primogenitum in terra
eorū: primitias oīs laboris eorū.
Et eduxit eos cū argento & auro:
et nō erat ī tribubꝰ eorū infirmus.
Letata est egyptus in profectiōe
eoꝝ: quia incubuit timor eorū sup
eos. Expādit nubem in protectio
nem eorū: et ignē vt luceret eis per
noctē. Petierūt et venit coturnix:

et pane celi saturauit eos. Dirupit petrã et fluxerũt aq̃: abierũt ĩ sicco flumina. Quõ memor fuit verbi sancti sui: quod habuit ad abrahã puerũ suum. Et eduxit populum suum ĩ exultatione: et electos suos ĩ leticia. Et dedit illis regiões gẽtiũ: et labores populorum possederũt. Vt custodiant iustificatiões eius: et legem eius requirãt. Gloria pr̃i. Sicut erat. An. Bñdic anima mea domino. Psalmus. cv.

Confitemini dño qm̃ bon⁹: qm̃ ĩ sclm mĩa ei⁹. Quis loquetur potentias domini auditas faciet oĩes laudes ei⁹. Beati qui custodiũt iudicium et faciunt iusticiam: ĩ omni tempore. Memẽto nostri domine in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo. Ad videndũ in bonitate electorum tuo

rum / ad letādum in leticia gentis tue: vt lauderis cū hereditate tua. Peccauim⁹ cum patrib⁹ nostris: iniuste egimus iniquitatē fecim⁹. Patres nostri i egypto non intellexerunt mirabilia tua: nō fuerūt memores multitudinis misericordie tue. Et irritauerūt ascendentes i mare: mare rubrū. Et saluauit eos propter nomē suū: vt notā faceret potētiā suam. Et icrepuit mare rubrum et exsiccatū est: & deduxit eos i abyssis sicut in deserto. Et saluauit eos de manu odiētiū & redemit eos de manu iimici. Et operuit aqua tribulātes eos: vnus ex his non remāsit. Et crediderūt in verbis eius: & laudauerunt laudem eius. Cito fecerūt obliti sunt operū eius: & non sustinuerunt cōsilium eius. Et cōcupierunt con-

cupiscẽtiam in deserto: et tentaue-
runt deum in inaquoso. t dedit
eis petitionẽ ipsoꝝ:et misit saturi-
tatem ĩ aĩas eorũ. t irritauerũt
moysen in castris:aaron sanctũ do
mini. pta est terra ⁊ deglutiuit
dathan: ⁊ operuit sup cõgregatio-
nẽ abyron. t exarsit ignis in sy-
nagoga eoꝝ: flamma cõbussit pec-
catores. t fecerũt vitulũ ĩ oreb:
et adorauerũt sculptile. t muta
uerũt gloriã suã : in similitudinez
vituli comedẽtis fenũ. bliti sũt
deũ qui saluauit eos/ qui fecit ma-
gnalia ĩ egypto/mirabilia in terra
cham/ terribilia ĩ mari rubro. t
dixit vt disperderet eos:si nõ moy-
ses electus eius stetisset ĩ cõfractio-
ne in cõspectu eius. t auerteret
iram eius ne disperderet eos: ⁊ pro
nichilo habuerũt terrã desiderabi-

lem. Non crediderūt verbo eius ⁊
murmurauerūt ī tabernaculis su-
is: nō exaudierunt vocem domini.
Et leuauit manū suam sup eos:
vt prosterneret eos in deserto. Et
vt deiiceret semē eorum in natiōi-
bus: ⁊ dispderet eos in regionibus
Et iitiati sūt beelphegor: ⁊ come-
derunt sacrificia mortuorum. Et
irritauerūt eū ī adinuētiōib⁹ suis:
et multiplicata est ī eis ruina. Et
stetit phinees et placuit: et cessauit
quassatio. Et reputatum est ei in
iusticiā: in generatiōe ⁊ generatio
nem vsq; ī sempiternum. Et irri-
tauerūt eū ad aquas contradictio-
nis: et vexatus est moyses propter
eos: quia exacerbauerūt spiritum
eius. Et distixit in labiis suis: nō
disperdiderūt gētes quas dixit do-
min⁹ illis. Et ꝯmixti sūt iter gen

tes & didicerūt opera eorum / et ser-
uiūt sculptilibus eorum: & factum
est illis i scandalum. Et immola-
uerūt filios suos: et filias suas de-
moniis. Et effuderūt sanguinem
innocētem: sanguinem filioꝝ suo-
rum & filiarū suaꝝ: quas sacrifica-
uerūt sculptilibus chanaam. Et
interfecta est terra i sanguinibus
et cōtaminata est in operibus eoꝝ:
et formati sunt i adinuētionibus
suis. Et iratus est furore dominꝰ
in populum suum: & abominatus
est hereditatem suā. Et tradidit
eos i manus gentium: et domina-
ti sunt eorum qui oderūt eos. Et
tribulauerunt eos inimici eorum:
& humiliati sūt sub manibus eoꝝ:
sepe liberauit eos. Ipsi autē exa-
cerbauerunt eum in consilio suo: &
humiliati sūt i iniqtatibꝰ suis. Et

vidit cũ tribularent̃: ⁊ audiuit ora
tionẽ eorũ. E t memor fuit testa=
menti sui: ⁊ penituit eũ scd̃m mul=
titudinez misericordie sue. E t de=
dit eos ĩ misericordias: in cõspectu
oĩm qui ceperant eos. S aluos fac
nos dñe de⁹ noster: et cõgrega nos
de natiõibus. V t cõfiteamur no=
mini sancto tuo: ⁊ gloriemur ĩ lau
de tua. B enedictus dñs deus isra=
el a seculo et vsq; ĩ seculum: ⁊ dicet
omnis populus fiat fiat. ps. cvi.

C Onfitemini dño qm̃ bon⁹:
qm̃ in seculũ mĩa eius. D i=
cãt qui redempti sunt a dño / quos
redemit de manu inimici: de regio
nibus cõgregauit eos. A solis or=
tu ⁊ occasu: ab aqlone ⁊ mari. E r=
rauerũt in solitudine in inaquoso:
viã ciuitatis habitaculi non inue=
nerũt. E surientes ⁊ sitientes: aĩa

eorum i ipsis defecit. Et clamaue-
rūt ad dominū cū tribularentur ꝛ
de necessitatibꝰ eorum eripuit eos.
Et deduxit eos in viam rectā: vt
irēt i ciuitatem habitatiōis. Con
fiteātur dn̄o mīe eius: et mirabilia
eiꝰ filiis hominū. Quia satiauit
aīaz inanē: ꝛ aīam esurientē satia-
uit bonis. Sedentes in tenebris ꝛ
vmbra mortis: victos in mendici-
tate ꝛ ferro. Quia exacerbauerūt
eloquia dei: ꝛ cōsilium altissimi ir-
ritauerūt. Et humiliatū est in la-
boribus cor eorū: et infirmati sunt
nec fuit qui adiuuaret. Et clama-
uerūt ad dn̄m cum tribularētur: ꝛ
de necessitatibus eoꝝ liberauit eos
Et eduxit eos de tenebris et vm-
bra mortis: et vincula eorū dirupit.
Confiteātur dn̄o mīe eiꝰ: et mira
bilia eius filiis hoīm. Qr cōtriuit

portas ereas: et vectes ferreos confre-
git. Suscepit eos de via iniquitatis
eorum: propter iniusticias enim suas hu-
miliati sunt. Omnem escam abomina
ta est anima eorum: et appropiquauerunt
vsque ad portas mortis. Et clama-
uerunt ad dominum cum tribularentur: et de ne
cessitatibus eorum liberauit eos. Mi-
sit verbum suum et sanauit eos: et eri-
puit eos de interitionibus eorum.
Confiteantur domino misericor
die eius: et mirabilia eius filiis ho-
minum. Et sacrificent sacrificium
laudis: et annuncient opera eius in
exultatione. Qui descendunt mare
in manibus: facientes operationem
in aquis multis. Ipsi viderunt ope-
ra domini: et mirabilia eius in profun-
do. Dixit et stetit spiritus procelle:
et exaltati sunt fluctus eius. Ascen
dunt vsque ad celos et descendunt vsque

ad abyssos: aiam eorũ in malis ta-
bescebat. Turbati sũt et moti sũt
sicut ebrius: et om̃is sapientia eoꝝ
deuorata est. Et clamauerũt ad do-
minum cum tribularẽtur: ⁊ de ne-
cessitatibus eorũ eduxit eos. Et
statuit procellam eius in auram: ⁊
siluerũt fluctꝰ eius. Et letati sunt
quia siluerũt: ⁊ deduxit eos in por-
tum volũtatis eorum. Confiteã-
tur dño misericordie eius: et mira-
bilia eiꝰ filiis hominum. Et exal-
tent eum in ecclesia plebis: et in ca-
thedra seniorum laudẽt eum. Po-
suit flumina in desertum: ⁊ exitus
aquarum ĩ sitim. Terram fructi-
feram ĩ salsuginem: a malicia ĩha-
bitãtium in ea. Posuit desertum
in stagna aquarum: ⁊ terram sine
aqua ĩ exitus aquarum. Et collo-
cauit illic esuriẽtes: ⁊ constituerũt

ciuitatē habitationis. Et semina-
uerūt agros ⁊ plantauerūt vineas:
et fecerunt fructū natiuitatis. Et
bn̄dixit eis ⁊ multiplicati sunt ni-
mis: et iumēta eorꝝ nō minorauit.
Et pauci facti sūt ⁊ vexati sunt a
tribulatiōe malorꝝ ⁊ dolore. Effu
sa est cōtētio super principes: et er-
rare fecit eos in inuio ⁊ non in via.
Et adiuuit pauperem de iopia: et
posuit sicut oues familias. Uide-
bunt recti ⁊ letabūtur: ⁊ om̄is ini-
quitas opilabit os suū. Quis sa-
piēs ⁊ custodiet hec: ⁊ intelliget mi
sericordias dn̄i. Gl'ia. an. Uisita
nos domine i salutari tuo. ps. cvii.
PAratum cor meum deus pa
ratū cor meū: cātabo ⁊ psal-
lam i gloria mea. Exurge palte-
rium et cythara: exurgā diluculo.
Confitebor tibi in populis dn̄e: ⁊

psallā tibi i natiōibus. Q uia magna est sup celos mia tua: & usq ad nubes veritas tua. E xaltare sup celos deus/et sup oēm terram gloria tua: ut liberent dilecti tui. S aluum fac dextera tua et exaudi me: deus locutus est i sancto suo. E xultabo & diuidā sichimā: & cōuallē tabernaculorū dimetiar. M e9 est galaad & meus est manasses: et effraim susceptio capitis mei. I uda rex me9: moab lebes spei mee. I n idumeam extendam calciamentū meum: michi alienigene amici facti sunt. Q uis deducet me in ciuitatem muunitam: quis deducet me usq i idumeā. N ōne tu deus qui repulisti nos: & non exibis deus in virtutib9 nostris. D a nobis auxilium de tribulatiōe: quia vana salus hominis. I n deo faciem9 vir-

tutem: & ipse ad nichilum deducet inimicos nostros. Psalmus.cviii.

D Eus laudē meam ne tacueris: quia os peccatoris et os dolosi super me apertū est. Locuti sūt aduersū me lingua dolosa: & sermonibus odii circūdederūt me et expugnauerūt me gratis. Pro eo vt me diligerent detrahebāt michi: ego autem orabam. Et posuerunt aduersum me mala p bonis: et odiū p dilectione mea. Constitue sup eū peccatorē: & diabolus stet a dextris eius. Cum iudicat exeat condemnatus: & oratio eius fiat in peccatū. Fiant dies eius pauci: et episcopatū eius accipiat alter. Fiant filie eius orphani: et vxor eius vidua. Nutātes transferantur filii eius et mēdicēt: & eiiciantur de habitatiōibus suis. Scrutetur fene-

ratoꝛ omnem ſubſtātiā eius: et diſ-
ripiant alieni laboꝛes ei⁹. Nō ſit
illi adiutoꝛ: nec ſit q̄ miſereatur pu
pillis eius. Fiant nati eius i inte-
ritum: i generatione vna deleatur
nomē eius. In memoꝛiam rede-
at iniquitas patrum eius i conſpe-
ctu ḋni: et peccatum matris ei⁹ nō
deleatur. Fiāt ꝯtra dominū ſem-
per/ ⁊ diſpereat de terra meṁoꝛia eo-
rum: pꝛo eo quod non eſt recoꝛdat⁹
facere miaꝫ. Et perſecutus eſt ho-
minē inopem ⁊ mendicū: ⁊ cōpun-
ctū coꝛde moꝛtificare. Et dilexit
maledictionē et veniet ei: ⁊ noluit
bn̄dictionem ⁊ elongabitur ab eo.
Et induit maledictionē ſicut ve-
ſtimētū: ⁊ intrauit ſicut aqua i in-
terioꝛa ei⁹ ⁊ ſicut oleum in oſſibus
eius. Fiat ei ſicut veſtimētū quo
operit: et ſicut zona qua ſemp pre-

cingitur. Hoc opus eorum qui de-
trahunt michi apud dn̄m: et qui lo-
quūtur mala aduersus aīam meā
Et tu dn̄e fac mecum propter no-
men tuū: quia suauis est mīa tua.
Libera me qr egenus et paup ego
sū: et cor meū cōturbatum est intra
me. Sicut vmbra cū declinat abla
tus sum: et excussus sū sicut locuste
Genua mea īfirmata sunt a ieiu-
nio: et caro mea immutata est pro-
pter oleū. Et ego fact9 sum oppro
briū illis: viderūt me et mouerunt
capita sua. Adiuua me dn̄e deus
me9: saluū me fac secūdum mīam
tuā. Et sciēt quia manus tua hec
et tu domine fecisti eā. Maledicēt
illis et tu benedices: qui insurgūt ī
me cōfundātur / seruus autē tuus
letabit. Induant qui detrahunt
michi pudore: et operiātur sicut di

ploide cõfusione sua. Confitebor
dño nimis in ore meo: et in medio
multoꝝ laudabo eũ. Qui astitit a
dextris paupis: vt saluũ faceret a
psequẽtib⁹ aĩaz meã. Gloria pa.
Confitebor dño nimis in ore meo.

¶ Dñica die. Ad vesperas ps. cix.

Dixit domin⁹ domino meo:
sede a dextris meis. Do-
nec ponam inimicos tuos: scabel-
lum pedum tuorũ. Virgam vir-
tutis tue emittet dñs ex syõ: dñare
ĩ medio inimicoꝝ tuoꝝ. Tecũ pri-
cipiũ ĩ die virtutis tue ĩ splẽdorib⁹
sctõꝝ: ex vtero ãte luciferꝝ genui te.
Iurauit dñs ꝛ non penitebit eũ:
tu es sacerdos ineternũ scdm ordinẽ
melchisedech. Dñs a dextris tuis
cõfregit in die ire sue reges. Iudi
cabit in natiõibus ĩplebit ruinas:
cõquassabit capita in terra multo-

rum. De torrēte in via bibit: pro-
pterea exaltabit caput. Gloria pa-
tri. an. Sede a dextris meis dixit
dominus domino meo. ps. cx.

Confitebor tibi dñe in toto
corde meo: i consilio iustorū
et cōgregatione. Magna opa dñi:
exquisita i omnes volūtates eius.
Confessio et magnificentia opus
eius: & iusticia eius manet in secu-
lum seculi. Memoriam fecit mira
biliū suor misericors et miserator
dñs: escam dedit timētib⁹ se. Me-
mor erit i seculum testamenti sui:
virtutem operum suorum annū-
ciabit pplo suo. Ut det illis here-
ditatem gētium: opera manuum
eius vitas & iudiciū. Fidelia om
nia mādata eius confirmata in se-
culū seculi: facta in veritate & equi-
tate. Redēptionē misit dñs popu

lo suo: mandauit in eternum testa-
mētū suū. Sanctū et terribile no-
mē eius: initiū sapiētie timor dñi.
Intellectus bonus omnibus faciē-
tibus eū: laudatio ei9 manet i secu-
lū seculi. Gloria. Aña. Fidelia oia mā-
data ei9: cōfirmata i sclȝ sclī.

Beatus vir qui timet dñm: i
mādatis eius volet nimis.
Potens in terra erit semē eius: ge-
neratio rectorū benedicetur. Gloria
et diuitie i domo eius: et iusticia ei9
manet in seculū seculi. Exortum
est i tenebris lumen rectis: miseri-
cors et miserator et iustus. Iocun-
dus homo qui miseretur et cōmo-
dat/disponit sermones suos i iudi-
cio: quia ieternum non commoue-
bitur. In memoria eterna erit iu-
stus: ab auditiōe mala nō timebit
Paratum cor ei9 sperare i dño: cō-

firmatū est coꝛ eius nō ꝯmouebit̄:
donec despiciat inimicos suos. Dis
persit dedit pauperib⁹ iusticia ei⁹
manet i seculū seculi: coꝛnu ei⁹ exal
tabit̄ i glīa. Pctōꝛ videbit ⁊ irasce
tur dētibus suis fremet ⁊ tabescet:
desideriū pctōꝛ pibit. Glīa. Ꝑ. In
mandatis ei⁹ volet nimis. ps. cxii.

Laudate pueri dn̄z: laudate
nomen dn̄i. Sit nomē dn̄i
benedictum: ex hoc nūc ⁊ vsq̄ in se
culū. A solis oꝛtu vsq̄ ad occasū:
laudabile nomē dn̄i. Excelsus su-
per oēs gētes dn̄s: et sup celos glīa
eius. Quis sicut dn̄s deus noster:
q̄ i altis habitat humilia respicit i
celo et i terra. Suscitās a tra ino-
pem: et de stercoꝛe erigēs pauperē.
Ut collocet eū cū pꝛicipib⁹: cū pꝛi
cipibus ppli sui. Qui habitare fa-
cit sterilē in domo: matrē filioꝛum

letantem. Gloria. An. Sit nomen dñi benedictum in secula. ps. cxiii.

In exitu israel de egypto: domus iacob de populo barbaro. Facta est iudea sanctificatio ei⁹: israel potestas eius. Mare vidit ꝛ fugit iordanis cõuersus est retrorsum. Montes exultauerũt vt arietes: ꝛ colles sicut agni ouium. Quid est tibi mare ꝙ fugisti: et tu iordanis quia conuersus est retrorsum. Montes exultastis sicut arietes: et colles sicut agni ouium. A facie dñi mota est terra: a facie dei iacob. Qui conuertit petram in stagna aquarũ: ꝛ rupem in fontes aquarum. Nõ nobis domine nõ nobis: sed nomini tuo da gloriam. Sup misericordia tua ꝛ veritate tua: nequãdo dicãt gẽtes vbi est deus eorum. Deus aũt noster

in celo: omnia quecumqz voluit fecit
Simulachra gētium argētum et
aurum: opera manuū hominum.
Os habēt et non loquētur: oculos
habēt & non videbunt. Aures ha
bent et non audiēt: nares habent &
non odorabunt. Manus habēt et
non palpabūt pedes habent & non
ambulabūt: nō clamabunt in gut
ture suo. Similes illis fiāt qui fa-
ciunt ea: et omnes qui confidūt in
eis. Domus israel sperauit i dño:
adiutor eorum & protector eorū est
Domus aaron sperauit i dño: ad
iutor eorū et ptector eorꝝ est. Qui
timent dñm sperauerunt i dño: ad
iutor eorꝝ et ptector eorū est. Dñs
memor fuit nostri: & benedixit no-
bis. Benedixit domui israel: bene
dixit domui aaron. Benedixit oī-
bus qui timēt dominū: pusillis cū

maioribus. Adiiciat dominꝰ sup
vos: et sup filios vestros. Benedi-
cti vos a dño: qui fecit celũ et terrã.
Celum celi dño: terrã autez dedit
filiis hominũ. Nõ mortui lauda-
bũt te dñe: neq; oẽs qui descendũt
in infernũ. Sed nos qui viuimus
benedicimꝰ domino: ex hoc nunc ⁊
vsq; in seculum. Gloria. Aña. Nos
q̃ viuimus benedicimus domino.

C Feria ii. Ad vesperas. ps. cxiiii.

Dilexi quoniã exaudiet dñs
vocẽ orationis mee. Quia
īclinauit aurẽ suam michi: et ī die-
bus meis inuocabo. Circundede-
rũt me dolores mortis: et pericula
inferni inuenerunt me. Tribula-
tionem ⁊ dolorem inueni: et nomẽ
dñi inuocaui. O dñe libera animã
meã misericors dñs ⁊ iustus: ⁊ de-
us nr̃ miseretur. Custodiens par-

uulos dominꝰ: humiliatꝰ sum ⁊ li
berauit me. Conuertere aīa mea ī
requiē tuā: quia dn̄s benefecit tibi
Quia eripuit aīaʒ meā de morte
oclos meos a lachrymis: pedes me
os a lapsu. Placebo dn̄o: in regiōe
viuoꝝ. Gloria. An. Inclinauit do-
minꝰ aurem suam michi. Ps. cxv.
Credidi propter quod locutꝰ
sum: ego aūt humiliatus sū
nimis. Ego dixi in excessu meo:
oīs homo mēdax. Quid retribuā
dn̄o: ꝓ oībus que retribuit michi.
Calicē salutaris accipiā: et noīē
dn̄i īuocabo. Uota mea dn̄o red-
dā corā oī populo eiꝰ: p̄ciosa ī cōspe
ctu dn̄i mors sanctoꝝū eius. O dn̄e
qꝛ ego seruus tuꝰ: ego seruus tuus
et filiꝰ ancille tue. Dirupisti vīcu
la mea/tibi sacrificabo hostiā lau-
dis: ⁊ noīē domini īuocabo. Uo

ta mea domino reddam in conspe-
ctu omnis populi eius: i atriis do-
mus domini in medio tui hierusa-
lem. Gloria patri. An. Credidi pro
pter quod locutus sum. ps. cxvi.

Laudate dñz oẽs gẽtes: lau-
date eũ oẽs ppłi. Qm con-
firmata est sup nos mĩa ei⁹: et veri
tas dñi manet ieternũ. Gloria. An.
Laudate dñm oẽs gẽtes. ps. cxvii.

Confitemini dño qm bon⁹:
quoniã in seculum mĩa ei⁹.
Dicat nũc israel qm bonus: qm i
seculum mĩa eius. Dicat nũc do-
mus aaron: qm i seculum mĩa ei⁹.
Dicat nũc qui timet dominum:
quoniam in seculum misericordia
ei⁹. De tribulatiõe mea inuocaui
dñm: et exaudiuit me in latitudine
dñs. Dominus michi adiutor: non
timebo quid faciat michi hõ. Do-

min⁹ michi adiutoꝝ: ⁊ ego despici-
am inimicos meos. Bonū est con
fidere in domino: q̄ꝫ cōfidere in ho-
mine. Bonū est spare i dño: q̄ꝫ spe-
rare in pꝛīcipibus. Omnes gētes
circuierūt me: ⁊ i nomine dñi quia
vltus sum i eos. Circūdantes cir-
cūdederūt me: et in nomine dñi: qꝛ
vltus sum i eos. Circūdedeꝛt me
sicut apes ⁊ exarserunt sicut ignis
in spinis: et i nomine domini quia
vltus sum i eos. Impulsus euer-
sus sum vt caderem: et domin⁹ su-
scepit me. Foꝛtitudo mea et laus
mea dominus: et factus est michi i
salutem. Vox exultatiōis et salu-
tis: i tabernaculis iustoꝝ. Dexte-
ra domini fecit ꝟtutē dextera dñi
exaltauit me: dextera domini fecit
virtutē. Non moꝛiar sed viuam:
et narrabo opera dñi. Castigans

castigauit me dñs: ⁊ morti nõ tra-
didit me. Aperite michi portas iu-
sticie ⁊ ingressus in eas confitebor
dño: hec porta dñi iusti intrabūt in
eã. Confitebor tibi qm̄ exaudisti
me: ⁊ fact⁹ es michi in salutē. La-
pidem quem reprobauerunt edifi-
cantes: hic factus est i caput angu-
li. A dño factum est istud: ⁊ est mi
rabile in oculis nr̄is. Hec est dies
quam fecit dñs: exultemus et lete-
mur in ea. O dñe saluum me fac o
dñe bene prosperare: benedict⁹ qui
venit i nomine dñi. Benedixim⁹
vobis de domo dñi: deus dñs et il-
luxit nobis. Constituite diem so-
lēnē in condensis: vsq3 ad cornu al-
taris. Deus meus es tu ⁊ confite-
bor tibi: deus meus es tu ⁊ exalta-
bo te. Confitebor tibi quoniã ex-
audisti me: ⁊ factus es michi i salu

tem. Cōfitemini dn̄o qm̄ bonus: qm̄ i seculum mīa eius.
Beati immaculati in via: qui ambulant in lege dn̄i. Beati qui scrutātur testimonia eius: i toto corde exquirūt eū. Nō enim qui operātur iniq̄tatē: in viis eius ambulauerūt. Tu mandasti mā data tua: custodiri nimis. Utinā dirigātur vie mee: ad custodiēdas iustificatiōes tuas. Tunc nō confundar: cū perspexero in omnibus mandatis tuis. Confitebor tibi i directione cordis: in eo qđ didici iudicia iusticie tue. Iustificationes tuas custodiā: non me derelinquas vsq̄quaq̄. In quo corrigit adolescentior viā suā: in custodiēdo sermones tuos. In toto corde meo exq̄siui te: ne repellas me a mandatis tuis. In corde meo abscōdi elo

quia tua:vt nō peccē tibi. Benedi
ctus es dñe:doce me iuſtificactiōes
tuas. In labiis meis pronūciaui:
oīa iudicia oris tui. In via teſti
moniorū tuorꝫ delectatꝰ ſum:ſicut
ī oībꝰ diuitiis. In mandatis tuis
exercebor:et cōſiderabo vias tuas.
In iuſtificationibꝰ tuis medita-
bor non obliuiſcar ſermones tuos.
Retribue ſeruo tuo viuifica
me:⁊ cuſtodiā ſermones tu-
os. Reuela oculos meos: et conſi-
derabo mirabilia de lege tua. In
cola ego ſum ī terra:nō abſcondas
a me mādata tua. Cōcupiuit aīa
mea deſiderare iuſtificationes tu-
as:ī oīni tēpore. Increpaſti ſuper
bos:maledicti qui declināt a man-
datis tuis. Aufer a me opprobriū
et contemptum:qꝛ teſtimonia tua
exquiſiui. Etenim ſederūt princi

pes et aduersũ me loquebãtur: ser-
uus autẽ tu⁹ exacerbatur in iustifi
cationibus tuis. Nam ꝛ testimo-
nia tua meditatio mea est: et cõsili
um meũ iustificatiões tue. Adhe
sit pauimẽto aĩa mea: viuifica me
secũdũ verbũ tuũ. Uias meas an
nũciaui ꝛ exaudisti me: doce me iu
stificatiões tuas. Uiã iustificatio
num tuarum instrue me: ꝛ exerce-
boꝛ ĩ mirabilibus tuis. Dormita
uit anima mea pꝛe tedio: confirma
me ĩ verbis tuis. Uiam iniq̃tatis
amoue a me: ꝛ de lege tua miserere
mei. Uiam ꝟitatis elegi: iudicia
tua nõ sũ oblit⁹. Adhesit testimo
niis tuis dñe: noli me ꝯfũdere. Ui
am mandatoꝝ tuoꝛũ cucurri: cũ di
latasti coꝛ meũ. Gloꝛia. Iudicĩs
añ. Domin⁹ regit me et nichil mi-
chi deerit: ĩ loco pascue ibi me collo

cauit. In feriis. an. Deus exaudi ora-
tionem meam auribus percipe ver-
ba oris mei. In feriis post aduentum
an. Ueni et libera nos deus noster.

Ad tertiam. Psalmus.

Legem pone michi dñe viam
iustificationum tuarum: et
exquirã eã semp. Da michi intel-
lectum et scrutabor legem tuam: et
custodiam illam in toto corde meo
Deduc me in semita mandatorũ
tuorum: quia ipsam volui. Inclina
cor meum in testimonia tua: et nõ
in auariciam. Auerte oculos me-
os ne videãt vanitatẽ: i via tua vi-
uifica me. Statue seruo tuo eloq-
um tuum: in timore tuo. Ampu-
ta opprobriũ meũ quod suspicatus
sũ: quia iudicia tua iocũda. Ecce cõ-
cupiui mãdata tua: i eqtate tua vi-
uifica me. Et veniat sup me mia

tua dñe: salutare tuũ scd̃z eloquiũ
tuum. Et respondebo exprobran-
tibus michi verbũ: quia speraui in
sermonib⁹ tuis. Et ne auferas de
ore meo v̄bũ veritatis vsqꝫquaqꝫ:
quia in iudicis tuis supersperaui.
Et custodiã legem tuaz semper:
in seculum et i seculum seculi. Et
ambulabã in latitudine: quia mã-
data tua exquisiui. Et loquebar
in testimoniis tuis in conspectu re
gum: et non confundebar. Et me
ditabar in mandatis tuis: que di-
lexi. Et leuaui manus meas ad
mandata tua que dilexi: exercebor
in iustificationibus tuis. ps.
Memor esto verbi tui seruo
tuo: i quo michi spẽ dedisti
Hec me consolata est in humilita
te mea: quia eloquium tuum viui
ficauit me. Superbi inique age-

bāt vſqꝫquaqꝫ: a lege autē tua non
declinaui. Memoꝛ fui iudicioꝛum
tuoꝛum a ſeculo domine: et conſo-
latus ſum. Defectio tenuit me: p
peccatoꝛibus derelinquentibus le-
gē tuam. Cantabiles michi erāt
iuſtificationes tue: in loco peregri-
natiōis mee. Memoꝛ fui nocte no-
minis tui domine: et cuſtodiui le-
gem tuam. Hec facta eſt michi: qꝛ
iuſtificatiōes tuas exquiſiui. Poꝛ-
tio mea domine: dixi cuſtodire le-
gem tuam. Depꝛecatus ſum faci-
em tuam i toto coꝛde meo: miſere-
re mei ſecūdū eloquiū tuum. Co-
gitaui vias meas: et cōuerti pedes
meos i teſtimonia tua. Paratus
ſum et nō ſum turbatus: vt cuſto-
diam mandata tua. Funes pctō-
rū circūplexi ſūt me: et legeꝫ tuam
nō ſum oblitus. Media nocte ſur-

gebam ad confitendum tibi: super
iudicia iustificationis tue. Parti-
ceps ego sum omniū timētiū te: et
custodientiū mandata tua. Mise-
ricoꝛdia tua domine plena est ter-
ra: iustificatiões tuas doce me. ps.
Bonitatem fecisti cum seruo
tuo dñe: scdm verbū tuum.
Bonitatem et disciplinā ⁊ sciētiā
doce me: qꝛ mandatis tuis credidi.
Pꝛiusq̄ humiliarer ego deliq̄: pꝛo
pterea eloquium tuum custodiui.
Bonus es tu: et ī bonitate tua do-
ce me iustificatiões tuas. Multi-
plicata est sup̄ me iniquitas super-
boꝝ: ego aūt ī toto coꝛde meo scru-
taboꝛ mādata tua. Coagulatum
est sicut lac coꝛ eoꝝ: ego vero legem
tuam meditatus sum. Bonū mi-
chi quia humiliasti me: vt discā iu
stificationes tuas. Bonum michi

lex oris tui: sup milia auri & argēti
Man⁹ tue fecerūt me & plasmaue
runt me: da michi intellectū vt di-
scā mādata tua. Qui timēt te vi-
debūt me et letabūtur: qꝛ in verba
tua supsperaui. Cognoui dñe qꝛ
equitas iudicia tua: et i ỽitate tua
hūiliasti me. Fiat mīa tua vt cō-
soletur me: secūdū eloquiū tuū ser
uo tuo. Veniāt michi miseratio-
nes tue et viuā: quia lex tua medi-
tatio mea est. Confundātur sup-
bi quia iiuste iniquitatem fecerūt
in me: ego autem exercebor in mā-
datis tuis. Conuertātur michi ti-
mentes te: et qui nouerūt testimo-
nia tua. Fiat cor meum immacu
latum i iustificationibus tuis: vt
non cōfundar. Gloria. In domi-
nicis. ā. Laus & perēnis gloria deo
patri & filio: sācto simul paraclyto

In secula seculorum. In feriis. añ.
Veniãt michi domine miseratio-
nes tue et viuam. In feriis per ad-
uentum. añ. Tuam domine excita
potentiam et veni ad saluandum
nos. ¶ Ad tertiam. ⁘ Psalmus.
Defecit in salutare tuũ ani-
ma mea: et i verbũ tuũ sup-
speraui. Defecerunt oculi mei elo
quiũ tuũ: dicentes quãdo consola-
beris me. Q2 fact9 sum sicut vter
i pruina: iustificatiões tuas nõ sum
oblitus. Quot sũt dies serui tui:
qñ facies de psequẽtib9 me iudiciũ
Narrauerũt michi iniqui fabula-
tiões: sed nõ vt lex tua. Omnia mã
data tua veritas: iniqui psecuti sũt
me adiuua me. Paulominus con-
summauerũt me in terra: ego au-
tẽ non dereliqui mãdata tua. Se-
cundũ miam tuam viuifica me: et

custodiã testionia oris tui. In eternum domine: verbũ tuum permanet in celo. In generatiõe et generationẽ veritas tua: fundasti terrã et ꝑmanet. Ordinatiõe tua ꝑseuerat dies: qm̃ oĩa seruiũt tibi. Nisi ꝙ lex tua meditatio mea ẽ: tũc forte periissem in hũilitate mea. In eternũ non obliuiscar iustificationes tuas: qꝛ in ipsis viuificasti me. Tuus sum ego saluũ me fac: quoniã iustificationes tuas exquisiui. Me expectauerũt peccatores vt ꝑderẽt me: testimonia tua intellexi. Omnis cõsũmatiõis vidi finem: latum mandatũ tuum nimis.

Quomodo dilexi legem tuã domine: tota die meditatio mea est. Sup inimicos meos prudẽtẽ me fecisti mandato tuo: quia in eternũ michi est. Super oẽs docẽ-

tes me intellexi: quia teſtionia tua
meditatio mea eſt. Super ſenes ĩ-
tellexi: quia mandata tua queſiui.
Ab oĩ via mala ꝓhibui pedes me
os: vt cuſtodiã ꝟba tua. A iudici-
is tuis nõ declinaui: qꝛ tu legẽ po-
ſuiſti michi. Quã dulcia faucibꝰ
meis eloquia tua: ſup mel oꝛi meo.
A mãdatis tuis ĩtellexi: pꝛopter-
ea odiui omnem viam ĩiquitatis.
Lucerna pedibꝰ meis verbũ tuũ:
et lumen ſemitis meis. Iuraui ⁊
ſtatui cuſtodire iudicia iuſticie tue
Humiliatus ſum vſqꝫquaqꝫ dñe:
viuifica me ſecundũ verbum tuũ.
Volũtaria oꝛis mei beneplacita
fac domine: et iudicia tua doce me.
Anima mea ĩ manibꝰ meis ſem-
per: ⁊ legem tuã nõ ſũ oblitꝰ. Po-
ſuerunt pctõꝛes laqueũ michi: ⁊ de
mãdatis tuis non erraui. Heredi-

tate acquisiui testimonia tua ineternum: quia exultatio cordis mei sunt.
Inclinaui cor meum ad faciēdas iustificationes tuas ineternum: propter retributionem. Psalmus.
INiquos odio habui: et legem tuā dilexi. Adiutor et susceptor meus es tu: et in verbū tuum supersperaui. Declinate a me maligni: et scrutabor mandata dei mei. Suscipe me secundum eloquium tuum et viuam: et non confundas me ab expectatiōe mea. Adiuua me et saluus ero: et meditabor in iustificatiōibus tuis semper. Spreuisti omnes discedentes a iudiciis tuis: quia iniusta cogitatio eorum. Preuaricātes reputaui oēs peccatores terre: ideo dilexi testimonia tua. Confige timore tuo carnes meas: a iudiciis enī tuis timui. Feci

iudicium et iusticiam: non tradas
me calumniantibus me. Suscipe
seruū tuum in bonum: nō calum-
niētur me superbi. Oculi mei de-
fecerūt in salutare tuum: et in elo-
quiū iusticie tue. Fac cum seruo
tuo secundū misericordiaz tuam:
& iustificatiōes tuas doce me. Ser
uus tuus sum ego: da michi itelle-
ctū vt sciā testimonia tua. Tem-
pus faciendi domine: dissipauerūt
legem tuā. Ideo dilexi mandata
tua: super aurum & topazion. Pro
pterea ad omnia mādata tua diri-
gebar: omnem viam iniquam odio
habui. Gloria patri. In dñicis. ā.
Gloria laudis resonet i ore omni-
um patri genitequꝫ proli spiritui san-
cto pariter resultet laude perenni.
In feriis. āñ. Non confundas me
domine ab expectatione mea. In

aduentu. an. In tuo aduentu erue
nos domine. ¶ Ad nonã. Psalmꝰ.

MIrabilia teſtĩonia tua dñe:
ideo ſcrutata eſt ea aĩa mea
Declaratio ſermonum tuoꝝ illu-
minat: et ĩtellectum dat paruulis.
Os meum aperui et attraxi ſpm̃:
qꝛ mãdata tua deſiderabã. Aſpi-
ce in me ⁊ miſerere mei: ſecundum
iudiciũ diligẽtium nomen tuum.
Greſſus meos dirige ſecundũ elo-
quiũ tuũ: et nõ dñetur mei omnis
iniuſticia. Redime me a calũniis
hominũ: vt cuſtodiã mãdata tua.
Faciem tuã illumina ſuꝑ ſeruuꝫ
tuũ: ⁊ doce me iuſtificatiões tuas.
Exitus aquarũ deduxerũt oculi
mei: quia nõ cuſtodierũt legẽ tuã.
Iuſtus es dñe: ⁊ rectũ iudiciũ tu-
um. Mãdaſti iuſticiã teſtimonia
tua: ⁊ veritatẽ tuã nimis. Tabe-

scere me fecit zelus me⁹: quia obli-
ti sūt verba tua iimici mei. Igni-
tum eloquium tuum vehemēter:
et seruus tu⁹ dilexit illud. Dole-
scētulus sū ego ꝛ cōtempt⁹: iustifi-
catiōes tuas nō sū oblitus. Iusti
cia tua iusticia ineṫnū: ꝛ lex tua ve
ritas. Tribulatio ꝛ angustia iue-
nerūt me: mandata tua meditatio
mea est. Equitas testionia tua i-
eṫnū: itellectū da michi ꝛ viuā. ps.
CLamaui i toto corde exaudi
me dñe: iustificationes tuas
requiram. Clamaui ad te saluū
me fac: vt custodiam mādata tua.
Preueni i maturitate ꝛ clamaui:
in verba tua supersperaui. Preue-
nerunt oculi mei ad te diluculo: vt
meditarer eloquia tua. Vocē me-
am audi secūdum misericordiam
tuam domine: et secūdū iudicium

Sfam[illegible]

tuum viuifica me. Appropinqua-
uerũt persequẽtes me iniquitati:
a lege aũt tua lõge facti sunt. Pro
pe es tu domine: ⁊ om̃es vie tue ve-
ritas. Initio cognoui de testimo-
niis tuis: qꝛ ĩ eternum fundasti ea.
Vide hũilitatẽ meã et eripe me:
quia legẽ tuã nõ sum oblit⁹. Iu-
dica iudiciũ meũ ⁊ redime me: pro-
pter eloquiũ tuũ viuifica me. Lõ-
ge a peccatoribus sal⁹: qꝛ iustifica-
tiones tuas nõ exquisierunt. Mi-
sericordie tue multe dñe: secũdum
iudiciũ tuũ viuifica me. Multi q̄
ꝑsequunt᷑ me ⁊ tribulãt me: a testi
moniis tuis non declinaui. Vidi
ꝑuaricãtes ⁊ tabescebã: qꝛ eloquia
tua nõ custodierũt. Vide quoniã
mãdata tua dilexi dñe: ĩ misericor-
dia tua viuifica me. Principiũ ver-
borum tuorum veritas: ĩ eternum

omnia iudicia iusticie tue. ❧ ps.

PRicipes psecuti sūt me gratis: ⁊ a verbis tuis formidauit cor meū. Letabor ego sup eloquia tua: sicut q̄ iuenit spolia multa. Iniq̄tatē odio habui ⁊ abominatus sum: legem aūt tuaꝫ dilexi. Septies ī die laudem dixi tibi: super iudicia iusticie tue. Pax multa diligētibus legem tuā: et nō est illis scandalū. Expectabam salutare tuū domine: ⁊ mādata tua dilexi. Custodiuit aīa mea testimonia tua: et dilexit ea vehementer. Seruaui mandata tua ⁊ testimonia tua: quia omnes vie mee ī conspectu tuo. Appropinquet deprecatio mea ī cōspectu tuo dñe: iuxta eloquium tuū da michi intellectū. Intret postulatio mea in conspectu tuo: scd̄ꝫ eloquiū tuū eripe me.

Eructabūt labia mea hymnum: cum docueris me iustificatiões tu-as. Pronūciabit lingua mea elo-quium tuū: q2 omnia mādata tua eq̄tas. Fiat manus tua vt saluet me: qm̄ mādata tua elegi. Concu piui salutare tuū dn̄e: ⁊ lex tua me ditatio mea est. Uiuet aīa mea et laudabit te: et iudicia tua adiuua-būt me. Erraui sicut ouis que pe-riit/q̄re seruū tuū: q2 mandata tua nō sum oblitus. Gloria patri. In dn̄ica. ān. Ex quo omnia per quem omnia in quo oīa: ipsi gloria i se-cula. In ferus. ā. Juxta eloquium tuum da michi intellectū domine. In feriis per aduentū. ā. Ueni do-mine ⁊ noli tardare relaxa facino-ra plebis tue israel. Psalmus. cxix.

AD dn̄z cū tribularer clama ui: ⁊ exaudiuit me. Domi

ne libera animã meã a labiis iniquis: et a lingua dolosa. Quid detur tibi aut quid apponat tibi: ad linguã dolosam. Sagitte potētis acute: cũ carbonibus desolatoriis. Heu michi q2 incolat9 me9 prolõgatus est / habitaui cũ habitãtib9 cedar: multũ icola fuit anima mea Cũ his qui oderũt pacē eram pacific9: cũ loquebar illis impugnabant me gratis. Gloria patri. An. Clamaui et exaudiuit me. ps. cxx.

Leuaui oclos meos i mõtes: vnde veniet auxilium michi. Auxiliũ meũ a dño: qui fecit celũ et terram. Non det i cõmotionem pedē tuũ: neq3 dormitet q custodit te. Ecce nõ dormitabit neq3 dormiet: q custodit israel. Dominus custodit te: dñs ptectio tua sup manũ dexterã tuã. Per diem

ſol non vret te:neq luna per noctē.
Dn̄s cuſtodit te ab om̄i malo:cu-
ſtodiat aīam tuā dn̄s. Dn̄s cuſto
diat introitum tuum ⁊ exitum tu
um:ex hoc nunc ⁊ vſq in ſeculum.
Gl̄ia pa. An. Auxiliū meū a dn̄o.
¶ Feria.iii. Ad veſperas. ps.cxxi.
LEtatus ſum ī his que dicta
ſunt michi: in domū domi-
ni ibim⁹. Stantes erāt pedes no-
ſtri:ī atriis tuis hieruſalem. Hie-
ruſalem que edificat̄ vt ciuitas: cu
ius participatio ei⁹ ī idipſum. Il
luc enim aſcenderūt tribus tribus
domini:teſtimonium iſrael ad cō-
fitendum nomini dn̄i. Quia illic
ſederūt ſedes ī iudicio : ſedes ſuper
domū dauid. Rogate que ad pa-
cē ſunt hieruſalē: ⁊ abūdantia dili
gētib⁹ te. Fiat pax ī virtute tua:
et abūdātia ī turribus tuis. Pro-

pter fratres meos & proximos me-
os: loquebar pacem de te. Propter
domũ domini dei nostri: q̃siui bo-
na tibi. Gloria patri. an. In domum
domini letantes ibimus. ps. cxxii.
Ad te leuaui oculos meos: q̃
habitas ĩ celis. Ecce sicut
oculi seruorũ: in manib⁹ domino-
rum suorum. Sicut oculi ancille ĩ
manibus domine sue: ita oculi nr̃i
ad dñz deum nostrum donec mise-
reatur nostri. Miserere nostri do-
mine miserere nostri: quia multũ
repleti sum⁹ despectiõe. Q2 mul-
tũ repleta est anima nostra oppro-
briũ abundantibus: & despectio su
perbis. Gloria. an. Qui habitas ĩ
celis miserere nobis. ps. cxxiii.
Nisi q2 dñs erat in nobis di-
cat nũc isrl': nisi q2 dñs erat
ĩ nobis. Cũ exurgerent homines

i nos: foꝛte viuos deglutiſſent nos. Cū iraſceret furoꝛ eoꝝ i nos: foꝛſitã aqua abſoꝛbuiſſet nos. Toꝛrētem pertrãſiuit aĩa noſtra / foꝛſitã pertrãſiſſet aĩa noſtra: aquam ĩtolerabilē. Benedict⁹ dominus qui non dedit nos: in captione dentib⁹ eoꝛuꝫ. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt: de laqueo venãtiũ. Laqueus cõtrit⁹ eſt: ⁊ nos liberati ſumus. Adiutoꝛiũ nr̃m in noĩe dñi: q̃ fecit celũ ⁊ terrã. Gl'ia. an. Adiutoꝛiũ noſtrũ i noĩe dñi. ps. cxxiiii.

Qui cõfidũt in domino ſicut mons ſyõ: nõ cõmouebitur ineternũ / qui habitat i hieruſalem. Montes in circuitu ei⁹ ⁊ domin⁹ in circuitu populi ſui: ex hoc nũc et vſqꝫ in ſeculũ. Quia nõ relinquet dñs virgã pctõꝝ ſup ſoꝛtem iuſtorũ: vt non extendãt iuſti ad iniqui

tatē manꝰ suas. Benefac dn̄e: bo-
nis ⁊ rectis corde. Declinātes aūt
ī obligationes adducet dn̄s cū ope
rātibus iniquitatem: pax super is-
rael. Gl'ia patri. an. Benefac dn̄e
bonis ⁊ rectis corde. Psalmꝰ. cxxv.

In conuertendo dn̄s captiui
tatem syō: facti sumus sicut
cōsolati. Tunc repletū est gaudio
os nostrū: ⁊ ligua nostra exultatio
ne. Tunc dicent inter gentes: ma
gnificauit dominꝰ facere cum eis.
Magnificauit dominꝰ facere no-
biscū: facti sumus letantes. Con-
uertere dn̄e captiuitatez nostram:
sicut torrens in austro. Qui semi-
nāt ī lachrymis: in exultatiōe me-
tēt. Eūtes ibāt ⁊ flebāt: mittētes
semina sua. Veniētes autem ve-
nient cū exultatiōe: portantes ma-
nipulos suos. Gloria. an. Facti su

mus sicut cōsolati. ¶ Feria quarta. Ad vesperas. Psalmus.cxxvi.

Nisi dn̄s edificauerit domū: in uanū laborauerūt qui edificāt eā. Nisi dn̄s custodierit ciuitatē: frustra vigilat q̄ custodit eaȝ. Uanū est vobis āte lucē surgere/ surgite postq̄ sederitis q̄ mādūcatis panē doloris. Cū dederit dilectis suis somnū: ecce hereditas dn̄i filii merces fruct⁹ vētris. Sicut sagitte in manu potentis: ita filii excussoꝝ. Btūs vir qui impleuit desideriū suū ex ipsis: nō cōfundetur cum loquetur īimicis suis ī porta. Gloria. An. Beat⁹ vir q̄ impleuit desiderium suum. Psalm⁹.cxxvii.

Beati oīnes qui timēt dominum: qui ambulāt ī viis ei⁹ Labores manuum tuarum quia mādūcabis: beatus es et bene tibi

erit. Uxor tua sicut vitis abūdās in lateribus domus tue. Filii tui sicut novelle olivarum: in circuitu mēse tue. Ecce sic benedicetur homo: qui timet dominum. Benedicat tibi dominus ex syon: & videas bona hierusalem omnibus dieb⁹ vite tue. Et videas filios filioꝝ tuorū: pacē sup israel. Gloria. an. Beati oīnes qui timēt dn̄m. ps. cxxviii.

Sepe expugnaverūt me a iuvētute mea: dicat nūc israel Sepe expugnaverūt me a iuventute mea: etenim nō potuerūt michi. Supra dorsuz meū fabricaverūt peccatores: prolongaverūt iniquitatem suam. Dn̄s iust⁹ concidet cervices peccatorum: cōfundātur & convertantur retrorsum/oēs qui oderūt syō. Fiant sicut fenū tectoꝝ: quod priusq̄ evellatur exa-

ruit. De quo nō ipleuit manū su-
am qui metet: et sinū suū qui ma-
nipulos colliget. Et non dixerūt
qui pꝛeteribant benedictio dñi suꝑ
vos: bñdiximus vobis in noīe dñi.
Gloria. An. Benediximꝰ vobis in
nomine domini. Psalmus. cxxix.

De ꝓfūdis clamaui ad te do-
mine: dñe exaudi vocē me-
am. Fiāt aures tue intendentes:
in vocē depcatiōis mee. Si iniqta
tes obseruaueris dñe: dñe q̄s susti-
nebit. Quia apđ te ꝓpiciatio est:
et ꝓpter legē tuam sustinui te dñe
Sustinuit aīa mea ī v̄bo eiꝰ: spa-
uit aīa mea ī dño. A custodia ma-
tutina vsq; ad noctē: speret israel ī
dño. Quiꝛ apud dñm mīa: et copio-
sa apđ eum redemptio. Et ipse re-
dimet israel: ex oībus iniquitati
bus eius. Gloria. An. De ꝓfundis

eius saturabo panibus. Sacerdotes eius īduā salutari: et sancti ei⁹ exultatione exultabūt. Illuc pro ducā cornu dauid: paraui lucernā xpo meo. Inimicos ei⁹ induā cōfusiōe: super ipsum autem efflorebit sctificatio mea. Gloria. an. Et ōis māsuetudinis eius. ps. cxxxii.

Ecce q̄ bonū & q̄ iocundū: habitare fratres ī vnum. Sicut vnguētū in capite: quod descēdit in barbā barbā aaron. Qd descendit in orām vestimenti eius: sicut ros hermon q̄ descēdit in montem syō. Qm illic mandauit dn̄s benedictionē: & vitam vsq; in seculū. Gloria patri. an. Ecce q̄ bonū et q̄ iocundum. Psalmus. cxxxiii.

Ecce nūc benedicite dn̄m: oēs serui dn̄i. Qui statis in domo dn̄i: ī atriis dom⁹ dei nr̄i. In

noctib⁹ extollite man⁹ vr̄as ĩ sctā: et bñ̄dicite dñ̄z. Bñ̄dicat te dñ̄s ex syō̄: q̄ fecit celū̄ et terrā̄. ps. cxxxiiii.

Laudate nomē̄ dñ̄i: laudate serui dñ̄i. Qui statis in domo dñ̄i: in atriis domus dei nostri. Laudate dñ̄m qꝛ bon⁹ dñ̄s: psallite nomini eius qm̄ suaue. Qm̄ iacob elegit sibi dñ̄s: israel ĩ possessionē̄ sibi. Quia ego cognoui qꝛ magnus est dñ̄s: ⁊ de⁹ noster pꝛe oim̄ibus diis. Oia quecū̄qꝫ voluit dñ̄s fecit in celo ⁊ in terra: in mari et in oim̄ib⁹ abyssis. Educē̄s nubes ab extremo t̄re: fulgura ĩ pluuiā̄ fecit. Qui p̄ducit vē̄tos de thesauris suis: q̄ percussit pꝛimogenita egypti: ab homine vsqꝫ ad pec⁹. Et misit signa et pꝛodigia ĩ medio tui egypte: in pharaonem ⁊ in omnes seruos eius. Qui p̄cussit gē̄tes mul-

tas: ⁊ occidit reges fortes. eõ re-
gem amorreorũ et og regẽ basam:
et omnia regna chanaã. t dedit
terram eorũ hereditatem: heredi-
tatem israel populo suo. ñe no-
mẽ tuum ineternum: domine me-
moriale tuum in generatione ⁊ ge
neratione. uia iudicabit domi-
nus populũ suũ: ⁊ i seruis suis de-
precabit. imulachra gentiũ ar-
gẽtũ et aurũ: opera manuũ hoim.
s habẽt et non loquẽtur: oculos
habẽt et nõ videbunt. ures ha-
bent et non audiẽt: neqꝫ eni est spi-
ritus in ore ipsorum. imiles illis fi-
ant qui faciunt ea: ⁊ oĩes qui cõfi-
dũt i eis. omus israel benedici-
te dñm: domus aaron bñdicite do-
minũ. om⁹ leui benedicite do-
minũ: qui timetis dñm benedicite
dñm. enedictus dñs ex syõ: qui

habitat i hierusalē. Alla. An. Omnia
quecūq3 voluit dn̄s fecit. Ps. cxxxv.

Confitemini dn̄o qm̄ bon⁹:
quoniam ineternū mīa ei⁹.
Confitemini deo deorum. Con-
fitemini dn̄o dominoꝝ. Qui fe-
cit mirabilia magna sol⁹. Qui fe-
cit celos in intellectu. Qui firma-
uit terra3 super aquas. Qui fecit
luminaria magna. Solem in po-
testatē diei. Lunā & stellas in po-
testatē noctis. Qui percussit egy-
ptū cū primogenitꝭ eoꝝ. Qui edu
xit israel de medio eoꝝ. In manu
potenti: & brachio excelso. Qui di-
uisit mare rubrū: i diuisiones. Et
eduxit israel ꝑ mediū eius. Et ex-
cussit pharaonem: & virtutem ei⁹ i
mari rubro. Qui traduxit ppl̄m
suū per desertū. Qui percussit re-
ges magnos. Et occidit reges for

tes. Seon regem amorreorū. Et og regē basā. Et dedit terrā eorū: hereditatē. Hereditatē israel: seruo suo. Quia in hūilitate nostra: meōr fuit nostri. Et redemit nos: ab inimicis nostris. Qui dat escā omni carni. Confitemini deo celi Cōfitemini dño dñorum: qm̄ ineternū mīa eius. Gloria. Qm̄ ineternum mīa eius.

Super flumina babilonis illic sedim⁹ & fleuimus: dū recordaremur tui syō. In salicibus in medio eius: suspendimus organa nostra. Quia illic iterrogauerūt nos: qui captiuos duxerūt nos verba cātionum. Et qui abduxerunt nos: hymnum cantate nobis de cāticis syon. Quomodo cantabimus canticum domini: in terra aliena. Si oblitus fuero tui hieru

salē: obliuioni detur dextera mea. Adhereat ligua mea faucib⁹ meis: si nō meminero tui. Si nō proposuero hierusalē: i pricipio leticie mee. Memor esto domine filiorū edom: in diē hierusalem. Qui dicūt exinanite exinanite: vsqꝫ ad fundamentum in ea. Filia babylonis misera: beatus qui retribuet tibi retributionem tuam quam retribuisti nobis. Beatus qui tenebit: et allidet paruulos suos ad petram. Gloria patri. An. Hymnum cantate nobis de canticis syon.

¶ Feria. vi. Ad vespas. ps. cxxxvii.

Confitebor tibi domine i toto corde meo: qm̄ audisti verba oris mei. In conspectu angelorum psallā tibi: adorabo ad tēpluꝫ sanctum tuum et cōfitebor nomini tuo. Super misericordia tua et

veritate tua: qm̄ magnificasti sup̄
omne nomē sanctum tuum. In
quacūq; die inuocauero te exaudi
me: multiplicabis in aīa mea vir-
tutem. Confiteātur tibi dn̄e om-
nes reges terre: q2 audierunt om̄ia
verba oris tui. Et cātēt in viis do
mini: qm̄ magna est glīa domini.
Qm̄ excelsus dn̄s et hūilia respi-
cit: & alta a lōge cognoscit. Si am-
bulauero ī medio tribulationis vi
uificabis me: et sup̄ iram inimico-
rum meoꝝ extendisti manū tuā: &
saluuz me fecit dextera tua. Dn̄s
retribuet pro me dn̄e: mīa tua in se
culū opera manuū tuarū ne despi
cias. Glīa. An. In ꝯspectu angelo
rū psallā tibi de9 me9. Ps. cxxxviii.
Domine ꝓbasti me & cogno
uisti me: tu cognouisti sessi
onē meā & resurrectionē meā. In

tellexisti cogitatiões meas de lõge
semitã meã ꝛ funiculũ meũ iuesti-
gasti. Et oẽs vias meas p̄uidisti:
qꝛ nõ est sermo i lingua mea. Ec-
ce dñe tu cognouisti oĩa nouissima
et antiqua: tu formasti me ꝛ posui
sti super me manũ tuam. Mirabi
lis facta est sciẽtia tua ex me: cõfor-
tata est ꝛ nõ potero ad eam. Quo
ibo a spũ tuo: et quo a facie tua fu-
giam. Si ascendero in celum tu il
lic es: si descẽdero ad infernũ ades.
Si sumpsero pẽnas meas dilucu
lo: ꝛ habitauero i extremis maris.
Etenim illuc manꝰ tua deducet
me: et tenebit me dextera tua. Et
dixi forsitan tenebre cõculcabunt
me: et nox illuminatio mea in deli
tiis meis. Quia tenebre nõ obscu
rabunt a te: ꝛ nox sicut dies illumi
nabitur: sicut tenebre eius ita et lu

mē eius. Quia tu possedisti renes
meos: suscepisti me de vtero mr̄is
mee. Cōfitebor tibi quia terribili
ter magnificatꝰ es: mirabilia ope-
ra tua et anima mea cognoscet ni-
mis. Non est occultatū os meum
a te qđ fecisti ī occulto: et substātia
mea in inferioribus terre. Imper
fectū meū viderūt oculi tui/ et in li
bro tuo oīnes scribent: dies forma
bunt et nemo ī eis. Michi autē ni
mis honorificati sūt amici tui deꝰ:
nimis cōfortatꝰ est principatꝰ eoꝝ.
Dinumerabo eos et suꝑ arenam
multiplicabunt: exurrexi ⁊ adhuc
sum tecū. Si occideris deꝰ pctōres
viri sanguinū declinate a me. Qꝛ
dicitis in cogitatiōe: accipiāt in va
nitate ciuitates suas. Nōne q̄ ode
rūt te dn̄e oderā: ⁊ suꝑ inimicos tu
os tabescebā. Perfecto odio oderā

illos:inimici facti sũt michi. P 20
ba me de⁹ & scito coꝛ meũ:iterroga
me & cognosce semitas meas. E t
vide si via iiq̃tatis i me est:& deduc
me i via eťna. G lia. An. Dñe pba-
sti me:et cognouisti me. ps. cxxxix.
E Ripe me dñe ab hoĩe malo:
a viro iiquo eripe me. Q ui
cogitauerũt iniquitates i coꝛde: to
ta die ꝯstituebãt pꝛelia. A cuerũt
liguã suã sicut serpẽtes:venenum
aspidum sub labiis eoꝝ. C ustodi
me dñe de manu pctõꝛis: et ab ho-
minib⁹ iniquis eripe me. Q ui co-
gitauerũt supplãtare gressus me-
os: absconderũt superbi laqueum
michi. E t funes extenderũt in la-
queũ:iuxta iter scandalum posue-
rũt michi. D ixi dño deus me⁹ es
tu:exaudi dñe vocem depꝛecatiõis
mee. D ñe dñe virt⁹ salutis mee:

obūbrasti super caput meum i die belli. Nō tradas me domine a desiderio meo peccatori: cogitauerūt cōtra me ne derelinquas me ne forte exaltētur. Caput circuitus eorum: labor labiorum ipsorum operiet eos. Cadent super eos carbones i ignem deiicies eos: in miseriis nō subsistēt. Vir linguosus non dirigetur i terra: virū iniustū mala capient in interitu. Cognoui qr faciet dn̄s iudiciū inopis: et vindictam pauperū. Verūtn̄ iusti confitebūtur noi tuo: et habitabūt recti cum vultu tuo. Gloria patri. an. A viro iniquo libera me domine. p. cxl.

Domine clamaui ad te exaudi me: intēde voci mee cum clamauero ad te. Dirigat oratio mea sicut icēsum in conspectu tuo: eleuatio manuū mearum sacrifici

um veſpertinum. one dñe cuſto
diam oꝛi meo: et oſtiũ circunſtātie
labiis meis. ō declines coꝛ me-
um ī verba malicie: ad excuſandas
excuſatiōes ī pctis. um hoībus
opātibꝰ iniq̄tatē: ⁊ non communica-
bo cũ electis eoꝝ. oꝛripiet me iu-
ſtus ī mīa et increpabit me: oleum
autem pctōꝛis nō impīguet caput
meũ. m̄ adhuc et oꝛatio mea in
beneplacitis eoꝝ: abſoꝛpti ſunt iũ-
cti petre iudices eoꝛum. udient
verba mea qm̄ potuerũt: ſicut craſ
ſitudo terre erupta eſt ſuper terrā.
iſſipata ſunt oſſa noſtra ſecꝰ in
fernũ: qꝛ ad te dñe dñe oculi mei in
te ſperaui / non auferas animā me-
am. uſtodi me a laqueo quē ſta-
tuerunt michi: ⁊ a ſcandalis operā
tiũ iniquitatē. adent in retiacu
lo eiꝰ peccatoꝛes: ſingulariter ſum

ego donec trāseā. loria. Dñe
clamaui ad te exaudi me.

Voce mea ad dominum cla-
maui: voce mea ad dñz dep̄
catꝰ sum. ffundo i ꝯspectu eius
orationem meam: et tribulationē
meam āte ipsum pronuncio. n
deficiēdo ex me spiritum meum: et
tu cognouisti semitas meas. n
via hac qua ambulabam: abscōde-
runt laqueum michi. onsidera-
bam ad dexteram ꝫ videbā: et non
erat q̇ cognosceret me. eriit fu-
ga a me: et nō est qui requirat aīaz
meaz. lamaui ad te dñe dixi tu
es spes mea: portio mea in terra vi
uentiū. ntende ad deprecationē
meā: qꝛ hūiliatus sum nimis. i-
bera me a persequētibus me: quia
cōfortati sūt sup̱ me. duc de cu-
stodia aīam meā ad cōfitendū noī

tuo: me expectant iusti donec retri-
buas michi. Gloria patri. an. Portio
mea dñe sit i terra viuētiū. ps. cxlii.
DOmine exaudi orationem
meā/ auribus pcipe obsecra
tionē meā: i ṽitate tua exaudi me
i tua iusticia. Et nō intres in iudi
cium cū seruo tuo: qr non iustifica-
bitur in cōspectu tuo oīs viuēs. Qr
persecut⁹ est inimicus aīam meā:
humiliauit i terra vitā meā. Col-
locauit me in obscuris sicut mortu
os seculi/ et anxiatus est super me
spūs me⁹: i me turbatū est cor me-
um. Memor fui dierū antiquorū:
meditatus sū in oībus opib⁹ tuis:
in factis manuū tuarū meditabar
Expandi manus meas ad te: aīa
mea sicut tra sine aqua tibi. Ve-
